Universitätsbibliothek Mannheim

# Compendium geographiae ecclesiasticae universalis

Stadel, Johann Karl von

[Romae], 1712

urn:nbn:de:bsz:180-digad-953

Visual Library

UB Mannheim

C. B.
BIBLIOTHEK
DESBILLONS
MANNHEIM
Ph. 54
89
H 230 D 17.

1/5

UB Mannheim
DFG

# COMPENDIUM GEOGRAPHIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSALIS

In quo Patriarchatuum, Archi-& Epiſcopatuum, per totum Orbem diffuſorum modernus Status exponitur, cum rebus notabilioribus Provinciarum.

COMPOSITUM AB ABBATE

*D. JOANNE CAROLO A STADEL,*

*Eccleſiarum Cathedralis Curienſis, & Equeſtris Wimpinenſis Canonico, Conſiliario Eccleſiaſtico Sereniſs. Principis Electoris Palatini &c.*

DEDICATUM

*Eminentiſs., ac Reverendiſs. Principi ac D.*

**D. VINCENTIO MARIÆ,**

**S.R.E. CARD. URSINO,**

Ep. Tuſcul. Archi-Epiſcopo Beneventano &c.

UTI ET

*Reverendiſſimo, & Celſiſſimo Domino.*

**D. ULRICO, EPISCOPO CURIENSI,**

S. R. I. PRINCIPI,

Domino in Furſtenburg, & GrosOengſtingen &c.

NEC NON

*Reverendiſs., & Illuſtriſſimis Dominis.*

**DD. RUDOLPHO, COMITI DE SALES,**

Præpoſito; Vlrico de Caduf, Decano; Ioanni de Petralla, Scholaſtico; Rudolpho Ioſepho Baroni de Halden, Cantori; Vlrico de Vincentiis, Cuſtodi; Ioanni Lucio, Comiti de Sales, Sextario; nec non reliquis ejuſdem Cathedralis Curienſis Canonicis reſidentibus, & non reſidentibus, DD. ſuis Confratribus.

* * *

SUMPTIBUS AUCTORIS

ROMÆ, Typis Rocchi Bernabò. 1712. )( *Sup. Permiſſu.*

Venduntur in Bibliotheca Eraſmi Sylveſtri, in Foro Agonali, prope Eccleſiam S. Agnetis.

UB Mannheim

*Imprimatur*,

Si videbitur Reverendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

*D. De Zaulis Archiep. Theod. Vicesgerens.*

---

*Imprimatur*,

Fr. Gregorius Sellari Sac. Apoſt. Palatii Magiſter Ordinis Prædic.

BIBLIOTHEK
DESBILLONS
MANNHEIM

## Em.me, & Rev.me Princeps
## CARD. ARCHI-EPISCOPE.
## Rev.me, & Celſ.me Princeps EPISCOPE.
## Rev.mi, & Ill.mi Domini CANONICI,

TYPORUM lux nimium palleſcit, & oblivioſis admodùm obnoxia eſt tenebris, niſi aliquorum ingentium nominum ſplendoribus inclareſcat, etiam ad memoriam Poſteritatis. Unde cum cogitaverim, quoſnam ad hunc effectum ſeligerem; Veſtra Eminentia Archi-Epiſcopalis; Veſtra Celſitudo Epiſcopalis, & vos Reverendiſſimi mei Domini Canonici, mihi potiores viſi eſtis, quorum nomina huic Compendio

Geographiæ Eccleſiaſticæ Univerſalis præponerem, veluti in argumenta præclarorum in Litteraria Republica Operum; laudent cœteri, ut plauſum ſuis impreſſionibus captent, vel res ipſas, quas publicæ committunt cenſuræ, vel etiam Auctorem ipſum. Ego vero, ut opinionem, & pretium huic libro conciliem, illum Eminentiæ Archi-Epiſcopali, Celſitudini Epiſcopali, & Reverendiſſimis Dominationibus Veſtris humillimè devoveo, glorioſis his contentus nominibus, quæ oculos omnium allicere poſſint ad legendos hos Geographiæ Eccleſiaſticæ flores, qui cum adeo benigna ſortiti ſint aſtra in ortu ſuo, non niſi laudatas, & ſatis diuturnas promittunt ætates. Quis enim non plurimi faciat illud opus; quod ſub auſpiciis unius Eminentiſſimi Principis Cardinalis Archi-Epiſcopi, & alterius Imperii Principis Epiſcopi, nec non ſub nomine Canonicorum alicujus Cathedralis Germaniæ, nobilitate, Doctrinâ, & rerum gerendarum dexteri-

tate

tate præclarorum prodit in lucem. Nam non ſolum eundem Emin. Card. Archi-Epiſcopum, præſtantiſſima Majorum, Principum Gravinenſium nomina decorant; cum idem, & Sacro Prædicatorum Ordini, Purpuratorum Collegio, ſed & Univerſo Mundo admirationi ſit; nihil hic dicam de Paſtorali zelo, imo Apoſtolico, qui Veſtram Eminentiam Archi-Epiſcopalem, Veſtram Celſitudinem Epiſcopalem Curienſem, reliquoſque ejuſdem Cathedralis Canonicos, meos DD. Confratres, ſingulos gloriosè concomitatur; ita ut hic Liber ſine tali Purpurato Archi-Epiſcopo, juncto alio Principe, & Epiſcopo Germano, & ſine Vobis Reverendiſſimis meis Canonicis lucem publicam aſpicere nequaquam voluerit, maximè cum de Archi- & Epiſcopatibus, Dignitatibus, Canonicatibus, Beneficiis, & aliis rebus Vobis apprimè cognitis, ad majorem Dei Gloriam, & ad notitiam ſingulorum, ex profeſſo, hìc egerim. Illud igitur ſupereſt, ut Vos Ma-

gni

gni Præſules, & Vos Domini mei Canonici, benignis vultuum auris, excipiatis meum hoc obſequium; quod ego tam publicâ ſignificatione teſtatum eſſe volo. Erubeſcant alii ad nomen ſervitutis? ſed ego ſervitutem in Veſta Eminentia Archi-Epſcopali, Veſtra Celſitudine Epiſcopali, & Veſtris Dominationibus meam, adeo decoram mihi puto, ut eam typorum æternæ tradam memoriæ, ut hæc noſtra, & conſecutura ætas ſciat, me eiſdem eſſe devinctiſſimum. Ita profitetur Eminentiæ, Celſitudinis, & Dominationum Veſtrarum

Dabam Romæ, in meo Muſæo 20. Martii 1712.

*Servus infimus*
Ioannes Carolus de Stadel, Canonicus Cathed. Curienſis, Conſiliarius Eccleſiaſticus Ser. Princ. Electoris Palatini.

PRÆ-

# PRÆFATIO
## Ad Lectorem.

*NEceſſarium fore arbitratus ſum ſcribere nonnihil de ſtatu præſenti ſingulorum Archi- & Epiſcopatuum totius Orbis; & cum de hac re quidem aliqui, aut nimis fusè, aut nimis breviter, aut de certis Provinciis tantùm, aut nihil tractaverint, eam materiam ad talem formam redigere conatus ſum, ut nec de nimia brevitate, nec de vaſta amplitudine argui poſſem, mediocritatem obſervando. Unde, quod Abbas Ughellus de Italia Sacra novem majoribus tomis eruditè explicavit: quod Rocchus Pirrhus de Sicilia Sacra tribus tomis diſtinxit: quod Franciſcus de Vico de Sardinia duobus tomis in linqua Hiſpanica doctè collegit: quod Fratres Sammarthani, de Gallia Chriſtiana quatuor tomis extenderunt: quod P. Bucelinus, & Jacobus Imhof, de Germania ſeu Imperii Proceribus, & Bleau pluribus tomis expoſuerunt; & quod alii de Hiſpania, Partibus Septentrionalibus, Occidentalibus, Meridionalibus, & Orientalibus conſcripſerunt, mediocribus conſtrinxi terminis, ſimplici uſus ſtylo, mutationes decurſu temporis factas obſervando, & ſic ad Dei gloriam, proximi recentiorem notitiam, & ſalutem, improbo labore, quaſi novum opus confeci. Tu eo utere, & defectibus forſan in eo commiſſis fraternè ignoſce, Vale.*

# Errores Typographici emendandi.

*f.5. loco tutelanis, l. Tutelaris. f.12. loco 1902., l.1703. f.16. loco conjunxit, l. conjunxit. f.27. loco d, l. anno. f.13. loco alios, l. alias. f.33. loco Divitas, l. Civitas. f.33. loco 158. l. 1581. f.37 loco linquæ, l. linguæ. f.40. loco Clericorum, l. Clericorum. f.49 loco Tolentinati, l. Tolentinate. f.50. loco hoſticam, l. Hoſtiam, f.52. loco Pontificus l. Pontificius. f.37. loco Flaminiûs, l. Flaminiâ. f.55. loco Chriſtophori, l. Chriſtophori f.72. loco ub, l. ab. f.73. loco commedatæ l. commendatæ. f.75. loco unum l.2. f.76. loco Sancti, l. Sanctorum. f.110. loco 2190 l. 1190. f.111. loco apeslantur, l. apellantur. f.111. loco Michaeëlis, l. Michaëlis. f.147. loco leveis, l. leucis. f.152. loco quiſqus, l. quibus. f.166. loco Epiſeopalibus, l. Epiſcopalibus. f.167. loco ſruſtra, l. fruſtra. f.172. loco Dertuſanum, l. Dertuſano. f.176. loco Ulyxiponenſi, l. Ulyſſiponenſi.*

# COMPENDIUM GEOGRAPHIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSALIS.

## *PROLEGOMENON*

### *De Deſcriptione, ſeu diviſione Geographiæ Eccleſiaſticæ.*

GEOGRAPHIA Eccleſiaſtica Univerſalis, nihil aliud eſt; quam deſcriptio Orbis Patriarchatuum, Archi -- & Epiſcopatuum, Abbatiarum, rerumque ſimilium. Quinque autem præcipui Orbis Patriarchæ à multis retro ſæculis ſunt habiti, Romanus, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus. Quatuor ultimi ſunt Orientis; Primus occidentis, ſub quo comprehenduntur Aquilejenſis, & venetus Patriarchatus.

# LIBER PRIMUS.

## *De Patriarchatu Romano.*

OMNIUM Patriarchatuum Princeps Romanus audit, adeoque Patriarcharum Epiſcopus, à *Caſſiodoro*, Variar. lib.9. Epiſt.15., & eadem Sententia Pater Patrum, à Magno illo *Athanaſio*, aliiſque Epiſcopis, Epiſtola ad Liberium meritò nuncupatus. Huic præter ſummam univerſæ in terris Eccleſiæ Præfecturam, ac Procurationem, totiùs inſuper occidentis cura peculiaris incumbit.

### CAPUT I.

### De Italiæ Provinciis in genere, & numero Archiepiſcopatuum.

IN Italia, viciniſque Inſulis, triginta ſex Metropolitani, ſive Archi-Epiſcopi, & conſequenter juxta Sacros Canones totidem numerantur Provinciæ; nam ultra Romanum Pontificem, ſunt hodiè in Ditionibus Pontificiis, Archi-Epiſcopi: Ravennas, Bononienſis, Firmanus, Urbinatenſis. In Regno Neapolitano Rhegienſis, Conſentinus, Roſſanenſis, San-Severinas, Compſanus, Acheruntinus, Barenſis, Tranenſis, Sipontinus, Beneventanus, Salernitanus, Amalphitanus, Nazarenus, Surrentinus, Neapolitanus,

nus, Capuanus, Lancianenſis, Theatinus, Brunduſinus; in Hetruria, Piſanus, Senenſis, & Florentinus; in reliquis Partibus Italiæ, ultra Patriarcham Venetum, Mediolanenſis, Januenſis, Tarentaſienſis, Taurinenſis; in Sicilia, Panormitanus, Montis Regalis, Meſſanenſis; in Sardinia, Calaritanus, Turritanus, & Arborenſis.

## CAPUT II.

### De Exemptis ſex Epiſcopatibus primorum ſex Cardinalium.

§. 1. *De Epiſcopatu oſtienſi, & veliterno.*

EPiſcopi oſtienſes ſuâ naturâ Cardinales ſunt, & omnes omninò orbis Epiſcopos (: uno Romano Pontifice excepto:) ſuperant dignitate, Purpuratorumqne habentur Decani. V. *Ferdinandus Ughellus* impreſſionis Romanæ, Italiæ ſacræ fol. mihi 62. Veliternenſium cura iis ex Decreto Eugenii III. de anno 1150. incumbit. Cathedralis Oſtienſis S. Auræ, & Veliternenſis S. Clementi dicata eſt, in qua ſunt 14. Canonici, cum Præpoſito, nominandi à Cardinale Epiſcopo.

§. 2. *De Epiſcopatu Portuenſi, ſive S. Hyppolythi, Sylvæ Candidæ, ſeu SS. Rufinæ, & Secundæ.*

Portum, Secundam Epiſcopalem Civitatem, Cardinalitiæ Dignitati annexam, non longè ab Oſtiâ, ad Tyberis dexteram, ab Urbe vero 18. milliaribus diſtantem, in Theatri Speciem, in eodem

loco, ſituque, quo Julius Cæſar, ad navium navigantiumque opportunitatem, uſumque, ædificandam decreverat; Claudius tandem Imperator ſubſtruxit. S. Hippolytus ejuſdem Civitatis Epiſcopus, ac glorioſus Protector, ibidem nobilem tulit palmam martyrii anno 229. Symmachus Papa, teſte Hieronymo, nobile hic exſtruxit Xenodochium, quo qui ad limina Apoſtolorum, pietatis ergò proficiſcebantur, exciperentur. *Ughellus* l. c. f. 103. Calixtus II. anno 1120. Portuenſi Eccleſiæ, ſedem Sylvæ Candidæ, ſeu SS. Rufinæ, & Secundæ opportunè conjunxit, quæ tamen ante annum nongenteſimum ſolo æquata fuit.

### §. 3. *De Epiſcopatu Sabinenſi.*

Epiſcopatus Sabinenſis omnem eam partem complectitur, quàm hodiè Sabinam vocamus. Reſidentia Cardinalis Epiſcopi Sabinenſis, aut ejuſdem ſuffraganei, eſt in primario Sabinæ Regionis Oppido Malliano, Romano Senatui ſubjecto, ubi Cathedralis ſub invocatione S. Liberatæ cum Archipresbytero, & decem Canonicis: Duæ Eccleſiæ Parochiales; tria virorum, & unum Monialium Cœnobium; Mons Pietatis, & Xenodochia duo. V. *Ughellus* l. c. f. 179.

### §. 4. *De Epiſcopatu Præneſtino.*

Cathedralis Præneſtinæ Patronus eſt S. Martyr Agapitus, in qua duodecim Canonici cum Archipresbytero, aliique clerici numerantur. Sunt ibidem intra mænia Civitatis quatuor virorum, & unum Monialium Cœnobium, pietate

Bar-

Barberini Principis excitatum; Diœceſis continet 14. loca. Valor Epiſcopatus ſecundum communem æſtimationem ad 500. ſcudata Romanæ Monetæ aſcendere poteſt. V. *Ughellus* tom. 1. de Italia Sacra fol. 222. ejus Epiſcopus ſemper Cardinalis eſt: viginti quinque tantùm milliaribus Româ abeſt.

§. 5. *De Tuſculano Epiſcopatu, & Lavicano.*

Paulus III. anno 1537. oppidum Fraſcati, ſeu Coſtam Tuſculi, in Civitatem; & Parochialem Eccleſiam Beatæ Mariæ dicti oppidi ſeu Caſtri, in Cathedralem Eccleſiam erexit, illamque Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecit, ac unum ibi Archipresbyteratum, quatuor Canonicatus, & duo perpetua beneficia Eccleſiaſtica, pro duobus beneficiatis inſtituit. Sixtus vero V. Pauli inſtitutionem confirmavit, aliaque conſtituit pro dictæ Eccleſiæ dignitate. Videatur Diploma Sixti V. relatum ab *Ughello* tom. 1. Italiæ Sacræ fol. 262. Diæceſis comprehendit Lavicanum antiquum Epiſcopatum.

§. 6. *Ee Epiſcopatu Albanenſi.*

Albanenſis Eccleſiæ Divus Tutelanis eſt S. Senator, cujus *Uſuardus* meminit, ac Martyrologium Romanum 6. Calendas Octobris. Epiſcopus Cardinalis ſemper eſt. Patres Societatis ibi pulchram habent Eccleſiam, uti & Moniales ibidem.

# CAPUT III.

## De Epiſcopatibus Italiæ exemptis, ſecundum ordinem alphabeticum deſcriptis, numerum ſeptuagenarium ſuperantibus.

### §. 1. *De Æſino Epiſcopatu.*

ÆSium ditionis Pontificiæ eſt, interque Piceni Civitates connumeratur, tametſi in antiqua Senonenſi Umbria ſita ſpectetur. Potuit Chriſtiana Sacra ſuſcepiſſe, eodem ipſo tempore, quo tota Umbria Suave Chriſti jugum ſuſcepit, hoc eſt Neronianis temporibus, ante ejuſdem Epiſcopalem dignitatem noſtræ ſalutis 300. V. *Ughellus* tom. 1. c. fol. 322. aliàs ab Æſi vicino flumine nomen traxit, quod ab Apennino præcipitatum per Picenum undas trahit, donec Adriatico mari permiſceatur.

### §. 2. *De Epiſcopatu Alatrino.*

Alatrum ſexdecim milliaribus diſtat ab Agnina Civitate, Pontificiæ Juriſdictionis eſt, & in Romana Campaniæ civitatibus numeratur. V. *Ughellus* tom. c. f. 328.

### §. 3. *De Epiſcopatu Amerino, ſeu Amelienſi.*

Inter nigram, fluviumque Tyberim, in amæno, fertilique colle antiquiſſima Civitas Ameriæ conſtructa aſſurgit, quam vulgus hoc tempore

Ame-

Ameliam vocat. In Umbria, nulla habetur antiquior, quia ſtetit ante Romam trecentis, & octuaginta tribus annis, ante vero adventum Chriſti 1137. Eccleſia Cathedralis SS. Firminæ, ac Olympiadi, Virginibus, & Martyribus dicata eſt. V. *Ughellus* tom. I. f. 336.

§. 4. *De Epiſcopatu Anagnino.*

Cathedralis Deiparæ Virgini Annuntiatæ conſecrata, una tantùm inſignitur dignitate, & viginti Canonicatibus, quorum unus Theologalem, alter Pænitentialem Præbendam obtinet; beneficiati octo, aliique Clerici, & miniſtri: animarum cura per proprium Parochum ad nutum Epiſcopi amovibilem exercetur, ſicut in aliis quinque Parochialibus Eccleſiis Civitatis, per proprios, & titulares Curatos: Sanctimonialium monaſterium unicum reperitur, virorum quatuor; totidemque Laicorum Confraternitates: Hoſpitale unum; nec non Seminarium pro alendis 12. Clericis, [qui diebus feſtivis Cathedrali inſerviunt. Diœceſis hæc 12. oppida continet, quorum unum, Acutum denominatum, temporali Juriſdictioni Epiſcopi eſt ſubjectum. Redditus taxantur in libris Cameræ ad florenos 300. valor autem ſecundùm communem æſtimationem poterit eſſe 1000. ſcudatorum. V. *Ughellus* tom. I. Italiæ fol. mihi 347.

§. 5. *De Epiſcopatu Anconitano, & Humano.*

Princeps Civitatis Anconitanæ Protector eſt S. Cyriacus Epiſcopus, cujus nomini nobiliſſimæ

Architecturæ templum dedicatum eſt. Sub Pontificibus Anconitanus Portus totius Italiæ nobiliſſimus poteſt haberi. *Ughellus* tom. 1. f. 370. Anconitanæ Eccclesiæ Humana juncta eſt à Martino V. anno 1422.

§. 6. *De Epiſcopatu Aprutinenſi, ſeu Interamnenſi, ſeu Teramenſi, & unito Camplenſi.*

Tres ſunt in Italia Civitates, quæ Interamnes eodem nomine Apellantur, ita ut inde earum non ſemel naſcatur confuſio. Quarum prima, de qua hic in Picenatibus ſita, quam hodiè vulgo Teramum Apellamus, ſecus fauces Tordini fluminis, quod antiquis olim Albula fuit. Secunda in Umbria eſt ad Ripam fluminis Nartis, olim Interamnia, Nart, ac Interamna Flaminiæ nuncupata, quam hoc tempore Terni vulgus apellat. Tertia novum latium nobilitat prope flumen lirim, dicit urque Interamna lirim. Prima Interamnia ſatis antiqua Civitas eſt, quæ cum à tribus fluminibus alluatur, interamniæ nomen invenit, quaſi inter tres amnes ſita, quod ipſum nomen, vulgus etiam, ſed corruptè retinuit, cum illam modo Teramo, modo Interamno apellet. Caput autem eſt totius Aprutinæ Provinciæ. Quamobrem ipſius Præſul, non Interamniæ, ſed Aprutinenſis denominatus Epiſcopus ab immemorabili, Princeps autem Interamniæ, ac Biſignæ Comes, cujus habetur mentio in Decretalibus, in c. bene 61. videatur *Ughellus* l. c. f. 388.

Cathedralis Ecclesia B. V. Aſſumptæ dicata eſt, in medio ſita Civitatis Terami, in eaque ſexdecim Canonici ſunt, quorum primus eſt Archidia-

diaconus. Quinque virorum Monaſteria, extra vero monia duo ſolùm ſpectantur. In tota Diæceſi inter Curatas, Parochiales Eccleſias ad 130. aſcendunt, præter Oratoria. Campli oppidum, ejuſdemque Collegiatam Eccleſiam S. Mariæ, una cum aliis 23. Eccleſiis olim hujus diæceſis, poſtea Clementis VIII. auctoritate in Civitatem, & Eccleſiam in Cathedralem erectam proprium habet Epiſcopum cum Oppidenſi unitum. *Ughellus* l. c.

§. 7. *De Aquilano Epiſcopatu, & Furconienſi, & Amiterno.*

Aquila in Aprutiis inter Amiternum, Furconiumque antiquiſſimas Civitates, alto in monte ſita eſt, anno 1702. terræ motu concuſſa concidit. Aliàs Alexander IV. primum Aquilæ dedit Epiſcopum. Cui poſtmodum tam Amiterna diæceſis, quam Furconienſis S. Maximi adjuncta fuit. V. *Ughellus* tom. 1. Ital. f. 416. *Colenutius* in Neapolitani Regni hiſtoria. *Ranzanus*, & alii.

Cathedralis SS. Maximo, ac Georgio præclaris martyribus dicata eſt. Otto Imperator anno 956. totum Furconienſem Comitatum in honorem S. Maximi, Epiſcopo, & Eccleſiæ Furconienſi dono dedit, tradiditque alia bona, & jura, quorum donationis chartam refert *Ughellus* fol. 417. Archidiaconatus dignitas ſolùm eſt in Cathedrali, undecim adſunt Canonici, inter quos eſt Præbenda Pœnitentialis, & decem Capellani Choro inſervientes. In Civitate 26. ſunt Eccleſiæ Parochiales, quarum 16. ſunt Collegiatæ, ſuam habentes primam dignitatem, titulo Abbatis vel Prioris ornatam, cum Canonicis 18. virorum, ac 11. Monia-

nialium Monaſteria: domus piæ duæ, altera pro alendis pauperibus puellis; altera pro mulieribus ad meliorem frugem converſis: tria Xenodochia, Domus pietatis, & Seminarium. *Ughellus* l. c.

Diæceſis Aquilana ſatis ampla eſt; Epiſcopatus eſt ad Regiam præſentationem, fructus taxantur in libris Cameræ 626. florenos, ſecundum communem æſtimationem ordinarius valor aſcendet ad 1000. nummos aureos. Animæ tempore *Ughellii* numerabantur 2000. S. Bernardinus Senenſis hic diem clauſit extremum. Ager mira tum aliarum rerum, tum croci copia fæcundus eſt. *Ughellus* l. c. fol. 417.

## §. 8. *De Aquinatenſi Epiſcopatu.*

Aquinum hodiè parva Civitas, olim autem prope flujum Melphim antiqua Civitas fuit: Ptolomæus vult illam ſitam eſſe in latio. In hac Civitate natus eſt D. Thomas V. *Ughellus* l. c. f. 441.

## §. 9. *De Aretino Epiſcopatu.*

Princeps S. Romani Imperii Epiſcopus Aretinus in Hetruria audit. Diæceſis olim fuit ampliſſima, quæ poſtmodum in quatuor alias Diæceſes ſubdiviſa fuit. Joannes XXII. Cortonenſem, Pius II. Pientinum, ac Montis Alcini: Pius IV. Montis Politiani: Leo X. Burgi S. Sepulchri Civitates, & diæceſes erexerunt, ac ab Aretina avulſerunt. V. *Ughellus* tom. 1. f. 450.

*De*

§. 10. *De Epiſcopatu Aſculano ſeu Eſculano in Piceno.*

Aſculum in Piceno nuncupatur ad differentiam alterius in Apulia. Diæceſis olim major fuit, quia multæ Eccleſiæ ab ea Avulſæ fuerunt, & in Cathedrales erectæ. Civitatem ipſam cum toto comitatu diæceſis ipſa continet, paucis exceptis Caſtellis; oppida inſigniora adhuc quinque retinuit: Amatricem videlicet, Acumulum in Regno Neapolitano, Arquatum in Ducatu Spoletano, Ophydam, ubi inſignis Eccleſia Collegiata 12. Canonicorum una cum Priore, olim Monachorum S.Benedicti Cænobium, in qua corpus S.Leonardi confeſſoris quieſcit, & Montem Gallorum in Piceno, in tota diæceſi 156. Parochiales Eccleſiæ numerantur. Cathedralis B.Virgini, & D.Emygdio ſacra eſt; ubi Archidiaconus, & Canonici duodecim, qui cappis utuntur Epiſcopalibus, optioniſque gaudent privilegio: adeſt Seminarium. Præter Cathedralem, 14. intra Civitatem numerantur Parochiales Eccleſiæ, religioſorum virorum 11. Monialium 5. Collegium Societatis Jeſu, & Congregationis Patrum S.Philippi Nerei Eccleſia, Sodalitates laicorum 11. in oppidis vero ejuſdem diæceſis 20. alia virorum, & unum monialium cænobium ſpectantur. *Ughellus* tom. 1. Ital. fol. 485. 486. 487. 488.

§. 11. *De Aſſiſienſi Epiſcopatu, Protectore Cathedralis, ac Monaſterio S.Franciſci.*

Fabianus Papa, Rufinum Epiſcopum Aſſiſium miſit, qui martyrii gloria ibi coronatus eſt; unde

idem

idem ſanctus ab anno 237. (: quo obiit :) Civitatem, ut protector tuetur, cujus reliquiæ in Cathedrali, ejus nomini dicata religiosè aſſervantur. Pluribus ſacris ædificiis Aſſiſium decoratur. Extra Aſſiſium, Monaſterium S. Franciſci ſpectatur, ac proterea Angelorum celebre templum, de cujus prærogativis videatur *Wadingus* 1. tom. Annal. Fratr. Min.

§. 12. *De Averſano Epiſcopatu, olim Atellano.*

In Campania felice, octo à Capua milliaribus nova urbis viſitur Averſa, in quam ab Atella Epiſcopalis dignitas translata fuit ſub Leone IX. P.M. Atellæ Epiſcopi numerantur S. Elpidius, qui ſub Arcadio Imperatore vixit, poſt hunc Petrus, Felix, & Euſebius, mox dirutâ Civitate, multiſque elapſis ſæculis, reædificatæ urbi Epiſcopus reſtituitur, Averſanuſque dicitur. *Ughellus* tom. 1. fol. 549.

§. 13. *De Auximatenſi Epiſcopatu, & Cingulano, Eccleſiis, ac S. Leopardo, natione Germano, primo Auximorum Epiſcopo.*

Auximum Piceni, antiquiſſima, & nobiliſſima Civitas, inter Æſium, Anconamque medio in monte ſita, diſtat decem milliaribus à mari, cujus radices lambit fluvius Miſius: De ejus magnitudine, ſitu, dignitateque V. *Procopius* l. 2. Goticarum rer. Auximatenſi Epiſcopatui olim unita fuit Cingulana Civitas, priſcis temporibus Epiſcopali dignitate ornata, ut ex Epiſtola decretali Vigilii Papæ habetur tom. 1. p. 2. epiſt. decr. & refer-

fertur à *Baronio* tom.2. anno 553. Cingulum in Piceno eſt, & habet ſub ſe tria caſtra, & duodecim villas, nec non inſignem Collegiatam, cum duodecim Canonicis, Præpoſito, & Archidiacono, tria magna Monialium monaſteria, quorum alterum Ordinis Ciſtercien. S. Leopardus natione Germanus, Sanctoque Martino coævus hic fuit primus Epiſcopus V. *Ughellus* f.559.

§. 14. *De Balneoregienſi Epiſcopatu.*

Balneoregium S.Bonaventuram Cardinalem mundo edidit. Cathedralis dicata eſt S. Donato, ubi una dignitas, & 7. Canonicatus ſunt; adeſt etiam alia Parochialis Eccleſia. Diæceſis continet 12. Oppida, & ſex villas. De antiquitate hujus urbis videatur Petrus Romanus lib.4. Pentalitol.

§. 15. *De Biſinianenſi Epiſcopatu.*

Biſinianum eſt in confiniis Provinciæ Conſentinæ in Calabria. Cathedralis dicata eſt B. V. aſſumptæ, ſunt in ea dignitates ſex, non habet Canonicos, nec præbendas, cum ſit Eccleſia receptiva, ſed omnes dictæ Civitatis clerici divinis officiis cum participatione fructuum maſſæ communis, intereſſe tenentur; Eccleſiæ Parochiales in ea ſunt 14. Monaſteria virorum 5. totidem Confraternitates, hoſpitalia 3. Mons pietatis, & Seminarium. Diæceſis duodecim ſub ſe continet oppida, quorum unum eſt S.Sophiæ, quod temporali Juriſdictioni etiam Epiſcopo Biſinianenſi ſubeſt. *Ughellus* fol.571.

§. 16. *De Cajetano Epiſcopatu, Miturnenſi, ac Formienſi.*

Jus præſentandi Epiſcopum Cajetanum apud Regem eſt, Cathedralis 4. dignitates, & 17. Canonicatus habet; ſex virorum, & duo Monialium adſunt Monaſteria, Xenodochium, mons pietatis. Diæceſis ſatis ampla eſt. Anno 1707, duce Mareſchallo, Comite de Thaun, per milites Cæſareanos Cajeta in menſe octobri expugnata eſt. Aliàs in laterali latio, hodiè Romana Campania, in Formiano ſinu Cajeta, antiquiſſima civitas ſita eſt, cujus exordium in annum 4. poſt excidium Trojæ plerique rejiciunt, facinntque ejuſdem conditorem Æneam.

§. 17. *De Camerinenſi Epiſcopatu, ac Monaſterio, in quo Cappucinorum Reformatio incæpit.*

Camerinum, antiquiſſima Civitas, inter Umbriæ, Picenique confinia in montium jugis Appennini ſita eſt; aliqui illam vocant Camerinum, alii Camertem. Tutiſſimo in loco collocata eſt, celebriſque ſemper habita. Cathedralis B. V. dicata, Archidiaconatum, & aliam dignitatem cum 12. Canonicis habet; qui ex privilegio Urbani VIII. oblongiori ſirmate, ſeu cappis utuntur. Collegiata S. Venantii hic eſt cum 12. Canonicis, & Priore. Duodecim virorum, ſeptemque Monialium cænobiis, innumeriſque aliis templis, Oratoriis, Xenodochiis, clericorum ſeminario, pietatis monte, pulcherrimis hujuſce populi virtutis, magnificentiaque teſtibus, civitas diſtinquitur.

Duo-

Duorum ab Urbe milliarium intervallo Cappucinorum monaſterium viſitur, in quo ſub Clemente VII. nova Cappucinorum Reformatio emerſit, adeoque ſe per totam Europam diffudit, ut nullus nobilis ſit locus, in quo piiſſima illa familia, virtutum exempla non explicet. V. *Ughellus* tom. 1. f. 592.

§. 18. *De Caſtrenſi Epiſcopatu.*

Caſtrum, in patrimonio D. Petri, cavernoſum montem elegit. Cathedralis S. Savino martyri dicata eſt, in ea reperitur una dignitas, & octo Canonicatus, & unum Monaſterium Conventualium. Bernardus patria Balneoregienſis, primus fuit Caſtri Epiſcopus, ultimuſque Volſciæ Civitatis, à Romanis ſolo æquatæ cum Caſtro.

§. 19. *De Epiſcopatu Civitatis plebis.*

Plebana Civitas, olim fuit Diæceſis Cluſinæ Parochialis Eccleſia, erecta in Cathedralem à Clemente VIII. anno 1601. quinto idus novembris, Pontif. X. V. ejuſdem Bullarium, ubi ejus Bulla incipit ſuper univerſas. Patroni Cathedralis Civitatis Plebis ſunt SS. MM. Gervaſius, & Protaſius, colligitur ex dicta Bulla.

§. 20. *De Epiſcopatu Civitatis Caſtellanæ, Faleritano, Hortano, & Galleſiano.*

Olim tres aut quatuor iſti Epiſcopatus diſtincti erant, poſtmodum uniti, ut unus ſplendidius Epiſco[illegible]lem poſſit ſuſtinere perſonam. Cathedralis Ca[illegible]ellanæ Civitatis Deiparæ Virgini dicata eſt.

Ale-

Alexander IV. Galleſiam Civitatem cum Caſtellana Civitate conjunxit anno 1569. V. *Ughellus* tom.1. f.635. Hodiè Civitas Faleritana deſtructa eſt, & nihil remanſit, niſi unica Eccleſia SS. Annuntiatæ dicata.

## §. 21. *De Epiſcopatu Civitatis Ducalis.*

Civitas Ducalis, ſeu ducatus Civitas in Provincia Aprutina Regni Neapolitani, quando fuerit conſtructa, ſuis in Reatinis commentariis retulit *Pompejus Angellottus* ex Offreducio Ancajano. Conditorem habuit Robertũ Calabriæ ducem, Caroli II. Regis Neapolitani filium, qui anno 1308. 15. Decembris prima fundamenta jecit, novæque Civitati, Ducalis nomen imponere placuit. In actis Conſiſtorialibus reperitur Collegiatam ejuſdem, olim Reatinæ diæceſis in Cathedralem erexiſſe Alexandrum VI. anno ſalutis 1502.24. Junii. *Ughellus* tom.1. fol.643. Cathedralis habet Archidiaconum, & Præpoſitum, undecim Canonicos, alioſque clericos. Tria virorum, unumque Monialium intra Civitatem, & alterum Cappucinorum extra mænia cænobia, Xenodochia duo, nec non quatuor laicorum Confraternitates. V. *Ughellus* tom. c. fol. 644.

## §. 22. *De Cavenſi Epiſcopatu.*

Cava, Civitas Provinciæ Principatûs Neapolitani Regni, ex reliquiis antiquæ Civitatis Marcinæ crevit, quam olim antiqui Hetruſci prope mare ædificarunt, ubi hoctempore Caſtellum, cognomento veterum ſpectatur, ut narrat *Strabo*
lib.5.

lib. 5. Epiſcopalem dignitatem conceſſit Gregorius VII. & Urbanus II. ſplendida contulit privilegia. V. *Ughellus* l. c. f. 646.

§. 23. *De Cortonenſi Epiſcopatu.*

Cortona præpollens olim opibus, & armis Hetruriæ Civitas, ejuſdemque apellata Metropolis, multo ante Trojanum bellum extulerat muros. V. *Halicarnaſſæus*. Cortonam, in Epiſcopatum erexit Joannes XXII. P. M. ejuſdemque erectionis Bullam refert *Ughellus* tom. 1. Ital. f. 664. Cathedralis Cortonæ quadraginta cum ſuis Parochis continet ſub ſe pagos; dicata eſt B. Virgini in Cœlum aſſumptæ, quatuor dignitates ſunt in ea, Præpoſitura, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, ac Decanatus, 11. Canonici, 6. Supernumerarii; Theologali, pœnitentialique gaudet Præbendis; ſex etiam ibidem Parochiales Eccleſiæ ſunt, & in Cathedrali duo Presbyteri ad nutum Capituli amovibiles exercent curam animarum; ex Parochialibus una Collegiata eſt cum 7. Canonicis, atque Priore; ſex ibi Religioſorum Monaſteria viſuntur, totidemque Monialium, tredecim Virorum ſæcularium Confraternitates, ac Xenodochia duo, nec ad pauperum ſublevamen monte pietatis deſtituta eſt. Cenſus annuus Epiſcopatûs 1400. ſcudata ſunt, ejuſdemque taxa in libris Apoſtolicæ Cameræ florenorum 507. cum duobus tertiis. *Ughellus* tom. 1. f. 668.

§. 24. *De Eugubino Epiſcopatu.*

Eugubium ſitum ad radices montis Appen-

nini, varios habuit dominos, tandem ſub Urbano VIII. P. M. Juriſdictioni Eccleſiæ ceſſit; in hac Urbe famoſum S. Ubaldi templum exurgit. Dedicata eſt Cathedralis SS. Jacobo, & Mariano Martyribus, habet Præpoſitum, 11. Canonicos, ac 4. Capellanos, ex Regularibus Sæcularizatos à Leone X. anno 1514. Adeſt Seminarium, & in Civitate ſunt 10. Religioſorum Monaſteria, 11. Monialium, 7. laicorum Confraternitates, 2. Xenodochia, Mons pietatis. Diæceſis in plura dividitur Caſtra. *Ughellus* tom. 1. f. 676.

### §. 25. *De Fanenſi Epiſcopatu*. Ital. Fano.

Fanum Umbriæ Senonenſis amæna Civitas, in Littore Adriatici maris inter Piſaurum, Senogalliamque, non procul à Metauro flumine, ad Flaminiæ viam ſita, ita à priſcis creditur dicta, quod nobiliſſimo olim Fortunæ templo fuerit nobilitata. Cathedralis B. Virgini Aſſumptæ dicata eſt, in qua reſidet Præpoſitus, cum Archidiacono, & 12. Canonicis, inter quos Pœnitentiarius. Parochiales Eccleſiæ intra Civitatem ſunt 16. Monialium cænobia 3. virorum 8. Seminarium Clericorum, Confraternitates laicorum 8. Hoſpitalia pro peregrinis, & expoſitis 5. Loca duo pia, pro pauperibus puellis, & pueris educandis. Diæceſis continet Oppida, & Caſtra 20. partim cis, partim trans Metaurum flumen ſita. *Ughellus* tom. 1. Italiæ fol. 703.

### §. 26. *De Ferentino Epiſcopatu*.

Ferentinum antiquiſſima Civitas eſt in Veteri Latio,

Latio, qua ſpectat ad Hernicos, in Supino colle ſubſtructa prope Latinam viam, quinto ab Anagnina Civitate milliario diſtans. Reliquiis Cœleſtini V. Cœleſtinorum fundatoris Ferentinorum civitas condecoratur. V. *Ughellus* tom.1. f.721.

§. 27. *De Fulginatenſi Epiſcopatu.*
Ital. Fuligno.

Paulo Apoſtolo, Verbum Dei per Umbriam enuntiante, Fulginatibus Lux Evangelica affulſit; ejuſque prædicationis famæ, conſtantique traditioni hactenus fidem fecerunt, tum templum, quod non longè ab Urbe, pietas Fulginatium eidem Apoſtolo poſuit, tum etiam gratia ſanitatum, quam idem Paulus, præcipuè cuidam familiæ traditur conceſſiſſe: Hic pagus eſt quinto ab Urbe Fulginea milliario diſtans; ibi ergo cum Paulus, ejus gentis provecturus ſalutem diverſaretur, non modo familiam illam totam, à qua humaniſſimè habebatur, ad Chriſti fidem perduxit, ſed etiam eidem poteſtatem in poſteros duraturam dilargitus eſt, ut ſub certa quadam precationum formula torminibus Iſchiadicis ſalubriter mederentur. Ejus generis alumni ea medendi facultate ubique, & ſemper feliciter uſi ſunt, donec aliquando tandem M. Antonium Bizzonium, Romanum, Fulginatenſem Epiſcopum ſuſpicio cœpit, illis precationibus aliquid ſubeſſe, quod ſuperſtitionem oleret. Itaque inhibitione cavit, ſive ne latius ſerperet, ſive ut tolleretur in totum. Cœterum non multo poſt, Iſchiodâ, & ipſe correptus eſt, interque dolores memor Apoſtoli, memor gentis, cujus pietatem ex ſuſpicione tradu-

xerat, ad utriuſque opem implorandam ſanandus accurrit. Illi ex more precati ſunt, ille repentè convaluit, ejuratatâque incredulitate, & Apoſtoli virtutem Sanitatum veneratus eſt, & deinceps cum cœteris haud dubitavit, Paulum in ea Provincia Chriſti fidem plantaſſe, cujus ad cœterorum ſalutem, gratia ſanitatum, adhuc in ea gente, illibata duraret. Videatur *Ughellus* tom. 1. f.730. & 731. *P.Romulus Spetiolus*, Generalis Bernabitarum, eandem habuit gratiam ſanitatum, referente *P.Rotario*, Examinatore Apoſtolico Romano, in ſuo Apparatu Theologico Romæ impreſſo in tract. de Superſtition. *V. Meum Compen. Theolog.*

§. 28. *Epiſcopatu Fundano*. Ital. Fondi.

Fundi, antiquiſſima Civitas, in Latio, via Appia inter Formias, Terracinamque ſupra Lacum ſituata eſt. Sotherus Pontifex Maximus, Fundos Patriam habuit. Cathedralis D. Virgini dicata eſt, quam olim S. Paulinus, Nolanus Epiſcopus amplificavit, ut ſcribit ipſe Epiſt. 12. ad Severin. *Videatur Meum Compendium Philoſophiæ.*

§. 29. *De Hortano Epiſcopatu, videatur* §. 20. *hujus Capitis.*

§. 30. *De Humatenſi Epiſcopatu, videatur* §. 5. *hujus Capitis.*

§. 31. *De Interamnenſi Epiſcopatu.*

Anno 1218. Honorius II. Epiſcopalem dignitatem hic reſtituit, ut conſtat ex Bulla ejuſdem Pon-

Pontificis in Archivio Cathedralis B. V. Aſſumptæ ſacra diligenter aſſervata. Aliàs S. Peregrinus primus hic fuit Epiſcopus, cujus mentio fit in Actis S. Sixti I. *Vid. Meum Compendium Juris Civilis.*

§. 32. *De Lauretano Epiſcopatu, & Recanatenſi unito.* Ital. Loreto.

Lauretum S. Domus eſt, in qua divinum verbum noſtram induit mortalitatem, ab Angelis huc tranſportata; in quem locum varii Pontifices ac Principes varia contulere dona, ac Privilegia; relata ab *Ughello* tom. 1. Italiæ fol. 832. Cœterum Sixtus V. munificentiam aliorum ſuperavit. Hic enim anno primo ſui Pontificatûs Lauretum muris cinxit, adhibitis munimentis, Oppidumque Civitatem effecit anno 1586. Epiſcopo attribuit cenſum octingentorum ſcudatorum annuorum, Gregorius XIV. Recanatenſem adjecit Eccleſiam, olim à Sixto V. Suppreſſam, ac Maceratenſi Tolentinatique conjunctam anno 1591. 18. menſis Decembris, ita ut qui Lauretanus eſt, etiam Recanatenſis cenſeatur Epiſcopus. *Ughellus* tom. 1. Italiæ f. 833. Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius Laureti Dignitates ſunt, adſunt 17. Canonici. Julius III. Pœnitentiariam ad expiationem animorum inſtituit, 12. è Societate Jeſu, adhibitis Patribus, qui diverſarum linguarum gentium confeſſionibus audiendis pares eſſent. De Seminario Illyricorum ibi erecto, ac aliis Operibus Illuſtribus videatur *Ughellus* l. c. *V. Mea Germania Purpurata; & Meum Dictionarium Italico-Germanicum; & Mea Compendioſa Deſcriptio Urbis Romanæ, & Statûs Pontif.*

## §. 33. *De Epiſcopo Lucenſi Palliato.* Ital. Lucca.

Epiſcopum Lucenſem, Ottho M. Imperator, titulo Principis Imperii, Comitiſque inſignivit, Lucenſem Eccleſiam S. Vultûs Sacrarium apellans; Alexander II. eundem uſu Pallii exornavit, olim, & ipſe Lucenſis Epiſcopus, utque ex Archi-Epiſcoporum more proceſſurus Crucem præferret. Julius III. Privilegia Canonicorum Lucenſium ita ampliavit, ut non modo albis mitris utendi ejſdem fecerit poteſtatem, ſed etiam attribuerit, nullo feſtivitatum præſcripto tempore, violaceas cappas, cum ſtiriatis albis induſiis, Superhumeralibuſque, ac brevibus Palliolis. Civitati ipſi ornamento ſunt innumera templa, & Monaſteria, imo temporibus Clementis IV, Eccleſiarum Lucenſis Diæceſis numerum injerunt, ac ſummam 772. æquare repererunt. De his omnibus dictis videatur *Cæſar Franciottus* Generalis Congregationis Matris B. V. de Eccleſ. Lucen. & *Ughellus* tom.1.Italiæ f.841.*V.Mea GermaniaPurpurata l.2.*

## §. 34. *De Epiſcopatibus Lunenſi, & Sarzanenſi.*

Jura Cathedralis Eccleſiæ Lunenſis, Sarzanam tranſtulit ad Eccleſiam S. Andreæ Innocentius III. anno 1204. 7. Kalend. April. anno 7. ut habetur in Regeſt. Vatic. ep.24.f.116. Hæc Cathedralis antiquæ ſtructuræ, Deiparam Virginem Patronam habet, duas vero Dignitates (quarum prima eſt Archidiaconatus) & 12. Canonicos, Præbendas Theologalem, & Pœnitentialem.

Adeſt

Adeſt Seminarium, quatuor virorum, & unicum Monialium Monaſterium. V. *Ughellus* tom. 1. Italiæ Sacr. f. 893.

§. 35. *De Mantuano Epiſcopatu*. Ital. Mantova.

Nicolaus V. anno 1453. Mantuanam Eccleſiam à Juriſdictione Aquilejenſis exemit. Eligit autem Patriarcham Venetiarum in Metropolitanum, quando agitur de Synodo. *Ughellus* tom. 1. Ital. f. 927. Cathedralis D. Petro dicata eſt, Canonici numerantur 22. Manſionarii 6. Capellani 28. 4. ibidem Collegiatæ videntur, in quibus illa S. Andreæ dicata præcipua, & in ea Sanguis Chriſti honorificè aſſervatur, cum corpore S. Longini. Parochiales Eccleſiæ numerantur 19. Monaſteria Religioſorum 15. Monialium 13. Xenodochia cum aliis locis piis 7. Laicorum confraternitates 10. Simplicia oratoria 9. Per totam Diæceſim Sparſæ ſunt Parochiales Eccleſiæ numero 104. Simplicia oratoria 25. Religioſorum Monaſteria ejuſdem numeri, quæ inter ſplendet opibus Cænobium D. Benedicti, à Generoſa Comitiſſa Mathilda dotatum. V. *Ughellus* tom. 1. Italiæ Sacr. fol. 928.

§. 36. *De Epiſcopatu S. Marci*.

S. Marci Civitas Calabriæ, Epiſcopali dignitate nobilitata, ſita eſt inter Conſentiam, atque Temeſam, quæ olim Civitas fuit, unde poſtea in hanc S. Marci fluxit dignitas Epiſcopalis, quæ olim fuit Argentanum antiquiſſimum Oppidum. Diæceſis 22. Oppida complectitur. Redditus Epiſcopales 2400. ſcudatorum ſummam efficiunt, ta-

metſi in libris Cameræ tantùm taxam ferat 50. Florenorum. *Ughellus* tom. 1. Ital. f. 948. Cathedralis S. Nicolao dicata, ſex dignitatibus nobilitatur cum 12. Canonicis. In Civitate duo ſunt Monaſteria Religioſorum, & unum Monialium S. Claræ. Adeſt Seminarium. *Ughellus* l. c.

§. 37. *De Marſorum Epiſcopatu in latio.*

Cathedralis Archidiaconum habet cum 10. Canonicis. Intra muros ſeminarium eſt, ubi alumni inſtituuntur, ubi etiam Conventus Patrum Conventualium S. Franciſci eſt, cum altero Monialium, & Xenodochio. Taxa hujus Eccleſiæ in libris Apoſtolicæ Cameræ 100. florenorum eſt; tametſi ejuſdem cenſus ad mille ſcudata monetæ Romanæ non aſcendat. V. *Ughellus* tom. 1. Ital. fol. 954.

§. 38. *De Melphitenſi Epiſcopatu.*

Melfeta, ſeu Malfatta, vel Morfetta, Apuliæ Urbs, cujus Epiſcopus olim ſub Archi-Epiſcopo Barenſi, nunc Exemptus eſt per Innocentium VIII. P. M. antea Civitatis hujus Epiſcopum, cui Equum liberum abſque fræno in ſignum libertatis conceſſit. Cathedralis Patrona eſt Deipara. Fructus Epiſcopales taxantur in libris Cameræ florenis 76. V. *Ughellus* tom. 1. Ital. f. 988.

§. 39. *Epiſcopat. Melphienſi, & Rapollano.*

Melphi, Neapolitani Regni nobilis Civitas, Apuliæ Janua, ad radices montis Vulturis, Lucaniam,

niam, & Apuliam dividentis, in collibus poſita eſt, Muris Vallata Lapideis, quos ab occaſu placidè abluit aquæ rivus, Melphiæ dictus, non longe ab Aufido, rapido flumine. In Cathedrali quatuor ſunt dignitates, 16. Canonicatus, 38. Sacerdotes, Diaconi 16. Subdiaconi 15. Clerici 60. ſex Parochiales Eccleſiæ ſunt in Civitate, unum Monialium Monaſterium, Religioſorum 5. Confraternitates 5. Laicorum, Seminarium 12. Clericorum. Melphienſi Eccleſiæ Clemens VII. anno 1528. Rapollanum perpetuo univit Epiſcopatum, ac diæceſim. Perexigua eſt Rapolla Civitas, centum circiter Larium, mille prorſus à Melphia diſtans paſſus. Cathedralis eidem Virgini Aſſumptæ ſacra, in qua tres dignitates, ſex Canonici, unicum virorum cænobium. In Diæceſi celebris eſt Abbatia S. Angeli in vultu, reddituum ſex mille aureorum: & altera S. Mariæ de Perno in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, valoris 1000. aureorum. Quinque Caſtra ſunt in hac Diæceſi. Epiſcopus Melphienſis, & Rapollanus Eccleſiarum Antiſtes inſcribitur. V. *Ughellus* tom. 1. Italiæ fol. *996.*, & ſeqq.

## §. 40. *De Epiſcopatu Militenſi.*

Miletum antiquiſſima Calabriæ Civitas eſt, ad inſtantiam Rogerii Guiſcardi Calabriæ Principis, Dominique Siciliæ à Gregorio VII. in Epiſcopalem erecta, facta tranſlatione à Taurianenſi, Bibionaque, Cathedralis D. Nicolao Sacra eſt; adeſt etiam Eccleſia SS. Trinitatis, in Cathedrali quinque ſunt dignitates, 13. Canonicatus: Calixtus II. dicitur illam conſecraſſe. Præter hanc altera Paro-

rochialis exſtat Eccleſia, cujus animarum curam Abbas ex Ordine S. Benedicti exercet, ad quem etiam ſpectat dimidiatum jus temporale. V. *Ughellus* tom. I. f. 1019. tria ibi Religioſorum Monaſteria numerantur, cum duabus ſodalitatibus Laicorum, unoque Xenodochio, Epiſcopatûs cenſus ampliſſimus eſt, cum 5000. ſcudatorum ſummam efficiat, taxaturque in libris Cameræ florenis 200. *Ughellus* l. c. f. 1021.

### §. 41. *De Epiſcopatu Monopolitano.*

In Apulia Peucetia, per littus, Urbs nova viſitur Epiſcopalis, & Marchionatûs titulo illuſtris, ad Regiam præſentationem Epiſcopatus eſt, Baroque eſt Terræ Ciſterni, in qua utramque habet Juriſdictionem. Cathedralis B. V. dicata 4. habet Dignitates, 20. Canonicatus, 12. Portionarios, alioſque Clericos, una cum Pœnitentiali, & Theologali Præbendis. In Civitate quatuor ſunt Parochiales Eccleſiæ, 6. Virorum, 3. Monialium cænobia, 5. Laicorum Confraternitates, Xenodochium, Mons pietatis. Fructus hujus Eccleſiæ taxantur in libris Cameræ ad florenos 250. aliàs valor ad Ducatos 5000. aſcendit.

### §. 42. *De Epiſcopatibus Montis Faliſci, & Corneti, & Aquipendii.*

Supra lacum Volſinium via Caſſia Mons Faliſcus in arduo colle ſituatus, Civitas à natura munitæ arcis ſpeciem præſefert, Muſcatelli vini nobilitate celebratur. Urbanus V. anno 1369. ibi tranſiens à civibus exceptus, memor hoſpitii, hu-

humanitatis perpetuum volendo exſtare gratitudinis ſignum hujus loci Eccleſiam in Cathedralem erexit, ac à Balneoregienſi Juriſdictione avulſit. Seminarium ibi eſt Clericorum, dependens à Collegio Propagandæ-Fidei; ad cujus meliorem ſtatum multa contribuit Eminentiſſimus Marcus Antonius Cardinalis Barbaricus, ibi Epiſcopus Defunctus à 1705. Cathedralis S. Margaritæ dicata, ac primum Epiſcopum dedit Gregorius IX. ut perſpicuè colligitur ex lib. 11. proviſionum Prælatorum. Eugenius IV. anno 1436. die 30. menſis Martii Cornetanam huic Eccleſiæ junxit, ita ut qui illud onus ſubiret, Cornetanus ſimul ac Montis Faliſci Epiſcopus haberetur. V. *Ughellus* tom. 1. f. 1056. Aquipendium, Epiſcopalis Civitas eſt in confinibus Hetruriæ, Pontificiæ Ditionis.

### §. 43. *De Epiſcopatu Montis Ilcini.*

Ilcinum Civitas ſituata ſupra celſiſſimum collem in Hetruria, à Pio II. in Cathedralem erecta fuit Eccleſiam, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectam, quæ jura adhuc mordicùs retinere videtur, tametſi in Cauſarum Apellationibus Archi-Epiſcopi Senenſis Arbitrium revereatur. Ab anno 1600. à Pientina Eccleſia ex toto disjuncta fuit. V. *Ughellus* fol. 1068.

### §. 44. *De Epiſcopatu Montis Peluſii.*

Civitas Montis Peluſii ſituata eſt in Provincia Baſilicatæ, pertinetque ad Neapolitanum Regnum, ante exemptionem fuit Provinciæ Acheruntinæ; Epiſcopali dignitate ornata fuit anno

1463. Hic Epiſcopatus olim erat cum Adrienſi conjunctus, donec Sixtus IV. utramque disjunxit. Cathedralis B. V. dicata ſex habet dignitates, & 12. Canonicatus. Epiſcopus nullam habet Diæceſim, unde ejus Juriſdictio, haud ultra muros Civitatis extenditur; unicum Monialium Monaſterium ibi eſt, tria vero Religioſorum cænobia, duæ Confraternitates, unicum Xenodochium: cenſus illius Eccleſiæ creduntur eſſe 1000. ſcudata; taxa illius eſt in libris Cancellariæ 66. florenorum. V. *Ughellus* l. c. f. 1071.

§. 45. *De Epiſcopatu Montis Politiani*. Ital. Monte Politiano.

Politianum Hetruriæ Civitas, præeminenti inſidet colli, hinc Peruſinum lacum, illinc Cortonæ, Aretiique Montes ad jucunditatem proſpectans, Saluberrimo utitur Cœlo, ac fertili ſolo, vinique nobilitate præclaro. Pius IV. hujus loci Eccleſiam in Cathedralem erexit anno 1561. 10. Novembris, eodemque die Joanni Cardinali Riccio tradidit adminiſtrandam. Plura adſunt Monialium, ac Regularium conſtructa Monaſteria, extraque muros templum Deiparæ Virgini dicatum exiſtit miraculis illuſtre; atque illud imprimis memorandum, quod cum quidam primâ nuptiarum die, matrimonio una vice tantùm conſummato, juſſu Magni Ducis in Militiam profectus fuerit, ac poſt 9 Menſes redux, conjugem gravidam repererit, irâ percitus, evaginato gladio, illum in mulieris latus infixit, quâ clamante in adjutorium B. Virginem Thaumaturgam, ſubito puer capite protenſo extra vulnus, loqui incæpit:

*Siſte*

*Siſte pater, tuus ſum*: quo dicto caput retraxit intra ventrem matris, ac illo die ordinariâ viâ genitus fuit: conſt at ex tabulis illius Eccleſiæ, ibidem appenſis, ac in libris illius regiſtratis in honorem Virginis illius Thaumaturgæ. Ex hoc loco prodierunt S. Margarita ex Ordine Prædicatorum, Marcellus II. Papa, Robertus Card. Bellarminus Societatis Jeſu V. *Ughellus* tom. 1. f. 1075.

§. 46. *De Epiſcopatu Narnienſi*. Ital. Narni.

Narnia, antiquiſſima Civitas Umbriæ, à vicino Flumine Na re appellatur. In Cathedrali 18. ſunt beneficiati. 16. Canonici, ſed nullæ dignitates, nec Seminarium. Adſunt in Civitate 7. Eccleſiæ Parochiales, 7. virorum cænobia 5. Monialium. Confraternitates 12. unum Hoſpitale. Mons Pietatis. Diæceſis continet terras 5., & 25. Pagos. V. *Ughellus* tom. 1. f. 1080.

§. 47. *De Epiſcopatu Nepeſino, & Sutrino*.
Ital. Nepi.

In explicata, inter Romam, Viterbiumque planitie, antiquiſſima Civitas Nepis aſſurgit. Cathedralem Eugenius IV. Sutrinæ junxit, quo utriuſque Præſul dignitatem ſuam honeſtiori pompa poſſet tueri, anno 1436.

§. 48. *De Neritonenſi, ſeu Nardi Epiſcopatu*.

Urbs antiqua Nardum in Salentinis familiæ Aquævivæ, in amæniſſima jacet planitie, à Gallipoli M. P. 9. ab ora ſinns Tarentini 4. diſtat. In

hac

hac Civitate Benedictinorum Cænobium à Joanne XXII. in Cathedralem, & Monachi in Canonicos converſi fuerunt anno 1413. factique Canonici 20., & Prælati 5. ac ultimus Abbas, & primus Epiſcopus vocatus fuit Epiphanius, Diæceſis habet 17. Oppida. Epiſcopatus valere cenſetur ſcudata 2500. taxatur in libris Cameræ ad florenos 150. V. *Ughellus* tom. 1. f. 1100.

§. 49. *De Nucerino Epiſcopatu*. Ital. Nocera.

Nuceria, Civitas Umbriæ, Via Flaminia in Montibus Appenninis, prope fluvium Teniam, à Fulginia, 20. milliaribus procul ſita, Cathedralem ſacram habet S. Raynaldo, ubi 10. Canonici 30. Capellani. De Abbatiis, Eccleſiis Parochialibus, & beneficiis ſimplicibus, in hac Diæceſi reperibilibus conſulatur *Durans Dorius à Leoniſſa* in ſua Nucerina Hiſtoria: Et *Celſus Placidus* in vitis SS. Nucerinorum.

§. 50. *De Papienſi Epiſcopatu*. Ital. Pavia.

Papia Inſubriæ clariſſima civitas, ad flumen Ticinum ſita eſt, nobiliorum artium academia inſignis, olimque Sedes Longobardorum Regum. Hormiſda Papa, Pallii uſum conceſſit, ac Joannes VIII. poteſtatem eidem Epiſcopo fecit crucem geſtandi, more Archi-Epiſcoporum. *Ughellus* tom. 2. Italiæ Epiſcopatuum exempt. fol. 2. Diæceſis longitudo ad Septuaginta quinque paſſuum millia decurrit, latitudo vero quinquaginta; ibi habentur 154. Eccleſiæ, in quibus animarum cura exercetur, juſque dicit 185. territoriis. Cathe-

thedralis habet Præpoſituram, & alios 4. dignitates, cum 16. Canonicatibus. Papiæ 12. ſunt Præpoſituræ, 18. Parochiales, 25. Religioſorum Monaſteria, quorum habetur præcipuum S. Petri in Cœlo aureo olim Benedictinorum, hodiè Canonicorum Regularium à Luitprando Longobardorum Rege ædificatum, ubi S. Auguſtini Corpus è Sardinia illuc relatum quieſcit 13. Monaſteria Monialium. 11. Confraternitates, 10. Hoſpitalia, Mons Pietatis. Per Diæceſim ſparſæ cernuntur, Præpoſituræ duæ cum reſidentiis Canonicorum, 21. Monaſteria, 4. Monialium, in quibus illud Chartuſianorum inſigne eſt, cui opulentiſſimi cognomen fecerunt. V. *Meum Compendium Juris Canonici, ad Decretales Greg. IX.* Lib. 2. tit. 2. c. 7.

§. 51. *De Epiſcop. Pennenſi, & Hadrianenſi.*

Penna in Veſtinis in Aprutio, perantiqua, ſpectatæ fertilitatis, civitas eſt. Innocentius IV. Hadrianenſem (. *Vulgo Atri*:) de novo erectum anno 1252. conjunxit, aliàs fuerunt Theatinæ Provinciæ. V. *Ughellus* tom. 2. de Epiſcop. Exempt. fol. 48.

§. 52. *De Epiſcopatu Peruſino.*

Peruſia Auguſta, una ex 12. Hetruriæ principibus Civitatibus eſt, quam hoc tempore plerique in Umbriam rejiciunt. Nobilis Academia ibi floret. Canonici Cathedralis uſque ad annum 1512. Regulares fuerunt, quo ſæculariżati ſunt à Julio II. ut docet *Ughellus* tom. 2. Epiſt. exempt. fol. 69.

§. 53. *De Epiſcopatu Pientino.*

Cathedralis habet Præpoſitum, (qui adjuncto ſibi adjutore Presbytero curam animarum exercet) Canonicos, & ſimplices Presbyteros. Ibi eſt unum Monaſterium, 3. Confraternitates, ac Xenodochium. *Ughellus* tom. 2. Ep. exempt. fol. 64. *Videatur Meum Compendium Theologiæ.*

§. 54. *De Epiſcopatu Ravellenſi, & Scalenſi.*

Ravellum in Picentinis Urbs, Archidiaconatum habet cum tribus Dignitatibus, ſine Canonicatibus, & in eorum locum numerat Sacerdotes ſæculares. Epiſcopus Diæceſim non habet, ſed ejus Juriſdictio Civitate definitur, in qua ſunt 12. Parochiæ. Clemens VIII. Scalenſem Epiſcopatum adjunxit, qui ut Ravellenſis exemptus, ut Scalenſis Amalphitano Archi-Epiſcopo paret. V. *Ughellus* tom. 2. Ep. exempt. f. 100.

§. 55. *De Reatino Epiſcopatu.* Ital. Rieti.

Reate Civitas in Sabinis eſt, Cathedralis B. V. Aſſumptæ ſacra habet Archidiaconum cum 15. Canonicis, Beneficiatis 12. Presbyteris 40. Seminarium habet 20. Clericorum: totidem Convictorum, 5. Virorum & 7. Monialium Cænobia, Hoſpitale, Montem Pietatis, 11. Parochiales Eccleſias, duas Collegiatas, multas Confraternitates. Diæceſis continet 150. Oppida, quarum pars maxima in Eccleſiaſtica Ditione, altera in Neapolitano Regno ſita continet, in Singulis Parochiales Eccleſiæ, ac in nonnullis Collegiatæ,

ac

ac Religioſorum Monaſteria . V. *Ughellus*, tom. 2. Italiæ Epiſc, Exempt. f. 108.

§. 56. *De Recanatenſi Epiſcopatu . Videatur* §. 32. *Hic* .

§. 57. *De Salutienſi Epiſcopatu* .

Salutium , Pedemontana Divitas , Salutiani Marchionatûs Caput . Julius II. P. M. eam civitatem Epiſcopali Dignitate ornavit , erigendo Collegiatam in Cathedralem 29. Octobris anno 158. 18. adſunt Canonici , dignitates 6. Monaſteria 5. Religioſorum , 3. Monialium . Cenſus Epiſcopalis haud excedit 600. ſcudata , taxatur in Libris Cameræ floren. 300. V. *Ughellus* fol. 138. tom. 2. Ital. Epiſc. exempt.

§. 58. *De Signino Epiſcopatu* . Ital. Segni .

Signia in latio ſita eſt , inter Labicum , Anagniumque ſuper colle , ab utraque ſex milliaribus tantùm diſtans . Cathedralis D. Virgini dicata 14. Canonicos , & 4. Beneficiatos habet ſine Dignitatibus . Adſunt in Civitate tres aliæ Eccleſiæ Parochiales , & extra mænia totidem virorum Monaſteria , confraternitates tres , 2. Hoſpitalia , Seminarium , Mons Pietatis . Diæceſis quatuor ſolummodo Oppida complectitur . Fructus taxantur in Libris Cameræ ad florenos 50. valor ordinarius aſcendit ad 600. ſcudata . V. *Ughellus* tom. 2. fol. 148.

### §. 59. *De Sorano Epiſcopatu*.

Sora, Samnitorum Civitas, dicatam B. Virgini Cathedralem habet, in qua Primicerius, cum 9. Canonicis, & 4. Beneficiatis. Adſunt duæ Collegiatæ, & duæ aliæ Parochiales, unum Monaſterium Conventualium, alterum Monialium, Domus Profeſſa Societatis Jeſu, unum Hoſpitale, Seminarium 12. Clericorum: Diæceſis continet 23. Oppida. Fructus taxantur 100. floren. aliàs valor eſt ſcudatorum 1200. V. *Ughellus* tom. 2. fol. 156.

### §. 60. *De Spoletano Epiſcopatu*.

Spoletum antiquiſſima Civitas Umbriæ, Cathedralem habet B. Virgini dicatam, ubi Prior eſt cum 12. Canonicis, & 5. Præbendatis. Prior 300. ſcudata habet annui censûs, unuſquiſque vero Canonicus 150. 7. alii Præbendati. In Civitate duæ ſunt Collegiatæ, altera B. Petro, altera S. Gregorio dicata; in Oppido Hiſpelli 2. una B. V. altera B. Laurentio Sacra; binæ in Nurſia, una B. V. altera S. Joanni Sacra; unica in Tebio S. Æmiliano dicata; in Viſſio unica, Sacra S. Mariæ; in Caſſia altera; in Montefalco altera, & duæ in Colleſtrato, & Cerreto, una utrobique. In tota Diæceſi Parochiales Eccleſiæ 500. ſunt: In Civitate 22. numerantur. Tria in Diæceſi ſunt Seminaria, Spoleti, Viſſii, & Hiſpelli. Cænobia Virginum in ambitu Diæceſis compræhenſa 50. numerantur, 10. Regularibus, reliqua Epiſcopo ſubjecta, 19. 6. Benedicti Regulam ſequuntur, 15. S. Claræ, unum S. Dominici, duo Servo-

rum,

rum, Canonicorum Lateranenſium duo, reliqua B. Auguſtini inſtituta profitentur. Redditus Epiſcopi 2500. ſcudata annua non excedunt. In Libris Cameræ taxantur florenis 1000. de Spoletanis Epiſcopis V. Jacobus Philippus *Leoncillus*.

§. 61. *De Sutrino Epiſcopatu, videatur* §. 47. *Hìc*.

§. 62. *De Terracinenſi, & Privernenſi Epiſcopatibus*.

In antiquo latio territoriali, prope mare antiqua Civitas Terracina fundata eſt. Ante annum 1100. unita fuerunt Privernatis antiquiſſimi Epiſcopatus jura, & Setinæ Eccleſiæ, è quibus Terracinenſis Diæceſis mirum in modum crevit. V. *Ughellus* l. c. fol. 195.

§. 63. *De Tiburtino Epiſcopatu*. Ital. Tivoli.

Roma diſtat 16. milliaribus Tybur, in latio ſuper collem, prope Anienum Fluvium. Herculis templum in D. Laurentii honorem in Cathedralem dicatum eſt, ut apud *Marcum Antonium Nicodemum* lib. 9. Tiburtin. Hiſtor. Ibi eſt Prioratus Hoſpitalis S. Spiritûs in Saxia. In Cathedrali ſunt Canonici 15. 4. Dignitates 6. Beneficiati, 10. Parochiæ, 12. virorum Monaſteria, Monialium 2. Xenodochia 3. totidem Confraternitates, Clericorum Seminarium; Diæceſis 24. Oppida continet, olim plura continebat, ſed illa Abbati Sublacenſi ceſſit Epiſcopus acceptis 400. nummis annuis, ejuſque menſæ Epiſcopali adjunctis. V. *Ughellus* fol. 215.

### §. 64. *De Epiſcopatu Tiphernate, ſeu Civitatis Caſtelli.*

Prope Fluvium Tyberim ad radices Apennini in Umbria antiquum Oppidum Tiphernum ſitum eſt, quod hodiè Civitatem Caſtelli vocamus. Cathedralis dicata eſt SS. Florio, & Amantio, unicâ Præpoſiturâ gaudet, cum 12. Canonicis, totidem Capellanis, cœteroque promiſcuo, atque amovibili Clero. Intra Civitatem 12. Monaſteria ſunt Religioſorum, 8. Monialium, Laicorum 9. Confraternitates, unicum Xenodochium, Mons Pietatis, 9. Parochiales Eccleſiæ. Diæceſis 50. Caſtella continet. In Libris Cameræ Apoſtolicæ hujus Eccleſiæ taxa eſt florenorum 250. cum ejuſdem annuum cenſum 1700. ſcudata dicantur excedere. V. *Ughellus* tom. 2. Epiſcop. Exempt. ſol. 227.

### §. 65. *D Epiſcopatu Trojano.*

Troja Apuliæ Civitas, Comitatus familiæ Sangræ, Epiſcopatûs titulo clara. In Cathedrali Concilium habuit Urbanus II. P. M. & ibi ſunt corpora SS. Pontiani Papæ, & M. Eleutherii Epiſcopi, & M. ſecundini Epiſcopi, & Anaſtaſii Confeſſoris. V *Ughellus* tom. 2. ep. exemp. fol. 235.

### §. 66. *De Epiſcopatu Tudertino.* Ital. Todi.

Tudertum, Civitas Umbriæ, prope Tyberim in amæno cólle ſita eſt, inter Narniam, Peruſiamque, à Strabone apellatur Turde, Splendida

dida Urbs, & Hiſpillum. Martinus I. Papa hic habuit patriam. S. Terentianus hic fuit primus Epiſcopus; tandem poſt varia edita miracula, per linquæ præciſionem, capitiſque obtruncationem Martyr evolavit ad Dominum, circa annum 138. Kal. Sept. videatur Martyrolog. Roman.

### §. 67. *De Epiſcopis Valuenſibus, & Sulmonenſibus.*

Juncta Sulmonenſi dicata S. Pamphilo, Valvenſis Eccleſia; ante, aut Sergio I. Pontifice ſedente ad clavum. In Sulmonenſi Cathedrali eſt Archidiaconatus cum 12. Canonicis; in Valuenſi vero S. Pelino dicata, Præpoſitus cum 9. Canonicis; Diæceſis utriuſque ultra 20. continet Oppida. Epiſcopatus Sulmonenſis fructus in Libris Apoſtolicæ Cameræ ad florenos 150. taxantur. Extra Urbem ad duo millia paſſuum, ad Montis Maroni radices ſitum nobile S. Spiritûs Ordinis Cœleſtinorum Cœnobium ſpectatur, inter quos prima ejus Ordinis fundamenta jecit S. Cœleſtinus V. Vid. *Ughellus* tom. 2. fol. 251.

### §. 68. *De Epiſcopatu Verulano.*

Verulana Civitas Latii 52. milliaribus ab urbe Romana diſtat, Cathedralis habet 10. Canonicos; in Civitate duo ſunt virorum Cœnobia, unumque Monialium S. Benedicti, 8. Confraternitates Laicorum, & 2. hoſpitalia. Prope Civitatem nobilis reperitur Abbatia Caſæ Marii Ordinis Ciſtercienſis: ad Gerardum hujus loci Abbatem exſta decret. c. in præſenti X. de probat.

§. 69. *De Epiſcopatu Viterbienſi.*

Cœleſtinus III. dirutas Civitates Thuſcanellam, Bledum, & Centumcellenſem gliſcenti Viterbienſi conjunxit. Cathedralis S. Laurentio dicata, tres habet dignitates & 14. Canonicatus. Plurima hic ſunt Templa, inter quæ nominatiſſimum eſt illud S. Roſæ Monialium, ſunt ibi Patres Societatis, Franciſcani, Dominicani, Auguſtiniani.

§. 70. *De Epiſcopatu Volaterrano.*

Cathedralis Volaterranæ in Hetruria Deiparæ in Cœlum Aſſumptæ Sacra eſt, in ea ſex ſunt Dignitates, 12. Canonicatus; varia videntur Monaſteria Religioſorum, duo Monialium: Duæ item Abbatiæ extra muros, altera S.Juſti, ex Ordine Camaldulenſi, altera S. Andreæ Monachorum Montis Oliveti; adeſt Seminarium Clericorum, nec deeſt Mons Pietatis. Cenſus Epiſcopatûs tria millia ſcudatorum ſupra quingenta dicuntur explere, tametſi in Libris Apoſtolicis ejus taxa 160. florenos non excedat. V. U*ghellus* tom.2. f.331.

§. 71. *De Epiſcopatu* U*rbevetano.*
Ital. Orvieto.

Urbs Vetus Italiæ diſtat ab Urbe milliaribus 60. à Peruſio 30. à Lacu Vulſino 6. à Tyberi fluvio 3, in ambitu habet milliaria tria; ſita eſt ſupra Lapidem Tuphium ſupra collem exiſtentem, ovi ſpeciem referens. In Cathedrali olim D. Conſtantino

tino Epiſcopo, & S.Mariæ Priſcæ dicata, duæ ſunt Dignitates, Archidiaconatus nempè, & Archipresbyteratus, Canonici multi, aliique beneficiati, Presbyteri, & Clerici: virorum Monaſteria in Civitate 8. Monialium 6. ſpectantur. Fructus Epiſcopatûs taxantur in Libris Cameræ ad florenos 300.& dicitur valorem ordinarium aſcendere ad 5000. ſcudata. Cætera admiranda de hujus Civitatis Eccleſiis ſcribunt doctiores calami, ſed nihil ſic æquè elucet, ac incarnatæ hoſtiæ, omni ſtupore dignum miraculum. V. *Ughellus* tom.2. fol. 383.

# CAPUT IV.

## De Archi-Epiſcopatibus, & ſuffraganeatibus Æmiliæ, Flaminiæ, Piceni, & Umbriæ.

### §. 1. *De Archi-Epiſcopatu Bononienſi, & ſex Suffraganeis.* Ital. Bologna.

ARchi-Epiſcopus Bononienſis ſex habet ſuffraganeos, Cremenſem, Burgi S. Domnini, Mutinenſem, Parmenſem, Placentinenſem, Regii Lepidi.

Bononia Æmiliæ Caput, Italicarum Civitatum nobiliſſima, ad Appennini radices mediâ viâ Æmiliâ ſita eſt, prope fluvium Rhenum. Gregorius XIII. illam in Metropolim erexit. Aliàs 22. Religioſorum Monaſteria Bononiæ ſpectantur cum Abbatiis S. Proculi Benedictinorum, ac S. Michaëlis Ordinis Montis Olivetani in nemore,

ac S. Stephani Cœleſtinorum, item 19. Collegia. Metropolis 4. dignitatibus decoratur cum 16. Canonicis, 12. Manſionariis, 20. Capellanis, ac Seminario 30. Clericorum, qui illic Officio Divino inſerviunt. Gaudet Bononienſis Eccleſia peramplâ Diæceſi, nobilitaturque bonarum artium ſtudio, illic à Theodoſio Imperatore munificentiſſimè inſtituto. Bononienſis Eccleſiæ reddituum taxa in Libris Cameræ Apoſtolicæ 1000. florenorum aureorum habetur; & dicitur ordinarium valorem ad 14000. ſcudata aſcendere. V. *Ughellus* tom. 3. de Archi-Ep. Æmiliæ fol. 7. Carolus, Dux Lotharingiæ, Elector Trevirenſis, Abbas eſt S. Stephani.

## Sectio I. *De Epiſcopatu Cremenſi.* Ital. Crema.

Cathedralis fundata anno 1284. D. Virgini Sacra fulget Præpoſiturâ, gaudetque Præbendis Theologali, & Pœnitentiali, cum 11. Canonicatibus, 6. Præbendis, Seminarium alit; 19. numerantur ibi Religioſorum Monaſteria, ac 4. Monialium, Orphanotrophium, Xenodochium, Mons Pietatis, 6. Laicorum Confraternitates ibi habentur, ubi & 4. Parochiales Eccleſiæ. Ejus Eccleſiæ taxa in Libris Cameræ eſt 300. florenorum; Cenſuſque Epiſcopatûs 3000. ſcudatorum explere dicitur, ejus tamen valoris, quo incolæ utuntur. V. *Ughellus* hìc fol. 71.

## Sectio II. *De Epiſcopatu Burgi S. Domnini.*

Inter Parmam, Placentiamque, Viâ Æmiliâ in Ciſpandana Lombardia, S. Domnini Civitas ſita eſt, quæ à S. Domnino ibi Martyrizato nomen tra-

traxit. Clemens VIII. hanc Eccleſiam erexit in Cathedralem, 12. Februarii anno 1601. in ea Presbyter Beneficiatus curam animarum exercet, Archidiaconatus, & Archipresbyteratus dignitate gaudet, præbendiſque Theologali, ac Pœnitentiali, 8. Canonici ibi ſunt, 7. Capellani, 3. Parochiæ 3. Religioſorum Monaſteria, 2. Monialium, 4. Xenodochia. Diœceſis, 5. Oppida continet, villaſque 40. quæ omnia ad 3500. mortalium continere dicuntur. Cenſus 1500. ſcudatorum numerum explet, ejuſdemque taxa 200. florenorum. V. *Ughellus* hìc f. 78.

## Sectio III. *De Mutinenſi Epiſcopatu.* Ital. Modena.

Mutina prope Apenninos Montes in Inſubriæ ciſpadanæ læta, lataque planitie ſita eſt. Cathedralis Deiparæ in Cœlum Aſſumptæ dicata, divoque Geminiano, ejuſdemque Civitatis Epiſcopo, & Protectori, 12. ibi ſunt Canonici, cum Præbendis Theologali, ac Pœnitentiali, 5. Manſionarii, 10. ordinarii Sacerdotes; 12. Parochiæ ſunt in Civitate, ac totidem Religioſorum Monaſteria, in quibus ſplendore opum, ac plurium feudorum juriſdictione nitet Abbatia S. Petri Benedictinorum, 14. Monaſteria Monialium, 3. Xenodochia, 2. Montes Pietatis, 12. Alumnorum Seminarium, Laicorum 11. Confraternitates. Epiſcopatus 5000. ſcudata excedit. Taxatur in Libris Cameræ florenorum 150. *Ughellus* hìc f. 90.

S. I.

Parmam, Ciſpadanam Inſubriæ nobiliſſimam Civitatem in Æmiliana via ſitam, à radicibus Appennini 5. milliaribus diſſitam, in lata, lætaque planitie explicatam, flumen Parma alluit, ſecatque mediam, indè arbitrantur plerique traxiſſe nomen, vel à ſcudi figura, *Parma*, vocati, quâ utebantur Romani, qui illam condiderant. Templum Cathedrale olim D. Herculano dicatum, Paſchalem II. in Deiparæ Aſſumptæ memoriam, conſecraſſe, vetus ibi exiſtens marmorea inſcriptio refert. Clerus nobilis, ac numeroſus eſt, in quo Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Præpoſitatus, ac Primiceriatus Dignitas præeminet. Canonici, qui cappis more Cardinalium ex privilegio Clementis VIII. utuntur, 17. ſunt: 4. manſionarii, aliique divinis inſervientes ad 90. Collegiatæ 3. cum ſuis Præpoſitis, & Canonicis. Eccleſiæ in totum numerantur 96. Parochiales 42. Monaſteria virorum 15. Monialium 17. Confraternitates 17. Hoſpitalia 7. Abbatiæ 6. ad quas ad quintum lapidem Abbatia S. Martini Vallis Serenæ, Ordinis Ciſtercienſis; & S. Joannis Evangeliſtæ, Benedictinorum, fundata à S. Joanne Abbate. *V. Ughellus* hic fol. 182.

## Sectio v. *De Placentino Epiſcopatu.* Ital. Piacenza.

Placentia, ſita prope fluvium Trebiam in amœna planitie, non longè à Pado, ideo Placentia dicta, quod ubertas, & copia rerum ibi reperibilium, quam maximè placeret mortalibus,

ut fert communis opinio. Cathedralis B. Virgini Aſſumptæ Sacra eſt, & exornatur tribus Dignitatibus: Archidiaconatu, Præpoſiturâ, & Vicedominatu, 19. Canonicatibus, manſionariis 22. Adeſt & Collegiata, S. Antonini, Placentinorum Protectoris, cum Præpoſito, & 14. Canonicis. Intra Civitatem 4. Abbatiæ ſunt, totidem extra, in quibus Ciſtercienſis Claravallis de Columba, opibus, ac vetuſtate nitet, quam S. Bernardus fundavit. Sex Monaſteria mendicantium ibidem numerantur, & 9. ſparſim per totam Dioceſim, 10. monialium cœnobia, 12. Parochiales intra Civitatem, 41. in tota Diœceſi plebaniæ. *Vghellus* hic fol. 245.

SECTIO VI. *De Regii Lepidi Epiſcopatu.*

Regium Lepidi, ſtatus Mutinenſis eſt, Cathedralis Sacra B. Virgini, & D. Apollinari. Nobiliſſima Abbatia S. Proſperi, Civitatis Divi Tutelaris ſpectatur, quam Comitiſſa Mathilda fundavit. Templum Regienſi Virgini, miraculis clariſsimæ à populi pietate dicatum. *V. Vghellus* fol. 298.

§. 2. *De Archiepiſcopatu Ravennatenſi, & 11. Suffraganeis.*

Inter antiquiores Italiæ Civitates numeratur Ravenna, cum narrant ante Trojanum excidium fuiſſe ædificatam ad Littus Adriatici maris in paludoſa humo. Contendunt alii à Pronepotibus Noë ſuam duxiſſe originem, 2400. annis ante Chriſtianam conditam ſalutem. Metropolis S. Anaſta-

naſtaſio conſecrata eſt, protulit hæc Urbs S. Romualdum Abbatem, ac Joannem XVII. Papam *V. Vghellus* hic fol. 326. Habet ſub ſe ſequentes 11. ſuffraganeos.

SECTIO I. *De Hadrienſi Epiſcopatu.*

Intra fauces Padi Fluminis in Tranſpadana Æmilia, ſive in Venetis, ut Ptolomæus ſcribit, eſt antiqua Hadria, Civitas ad mare, à qua Adriaticum dictum eſt. Cathedralis D. Petro ſacra, unam Dignitatem habet, cum 7. Canonicis, & 12. aliis Presbyteris: ibi etiam cura animarum exercetur: altera Eccleſia Parochialis ibi eſt, cum duobus Monaſteriis virorum, & mulierum, Hoſpitali, Monte Pietatis: Ampliſſimâ gaudet Diœceſi; cenſus eſt 4000. ſcudatorum, tametſi in libris cameræ taxetur florenis 300. *Vghellus* hic l.c.

SECTIO II. *De Ariminenſi Epiſcopatu.*

Ariminum antiquiſſima Civitas, à flumine ejuſdem nominis Ariminum apellatur. Cathedralis divæ Columbæ dicata, Præpoſituram habet cum Archidiaconatu, & 12. Canonicatibus, 8. Manſionariis, 5. Cappellaniis, duobus ſimplicibus beneficiis. Ariminenſis Diæceſis 5. Abbatias, 23. Plebanias, 161. Parochiales Eccleſias, quarum 24. intra Civitatem ſunt, cætera ſimplicia beneficia habentur, 18. Xenodochia, complectitur, ſub ejuſdem Diœceſis ditione 60. oppida cadunt, quorum 60000. mortalium cenſentur. 16. Religioſorum Monaſteria, 6. Monialium, 16. Laicorum Confraternitates, 3. Xenodochia, Mons pietatis,
Semi-

Seminarium. Taxatur in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 400. Vid. *Vghellus* hìc fol. 408. S. Gaudentius I. Epiſcopus, & D. Tutelaris Arimini eſt.

## Sectio III. *Cœſenatenſi Epiſcopatu.*

Mediâ omnino Æmiliæ viâ ad collis radices prope fluvium Sepin Cœſena Civitas ſita eſt, inter Faventiam, & Ariminum collocata. Cathedralis Urbani Sexti temporibus excitata, Sancti Joanni Baptiſtæ ſacra, habet Præpoſitum, Archidiaconum, 15. Canonicos, 15. Beneficiatos, præbendatos Theologalem, & Pœnitentialem, Manſionarios 4. Adeſt Seminarium, ac 14. intra Civitatem notantur Monaſteria virorum, 7. Monialium, 5. Xenodochia. 2300. ſcudata cenſus annuus Epiſcopatûs exæquat, taxatur in libris Cameræ 250. floren. V. *Scipio Claromontius* ad Cœſen. hiſtor.

## Sectio IV. *De Cervienſi, ſive Ficodenſi Epiſcopatu.*

Hanc Civitatem Priſci Ficoden dixerunt, quod demum nomen tranſivit in Cerviam ex quodam miraculo, quod S. Baſſiano, qui poſtea Laudenſis Epiſcopus fuit, ibi eveniſſe narratur. Cathedralis Deiparæ Virgini conſecrata eſt, ejus Princeps Dignitas Præpoſitura eſt, unicum Religioſorum cœnobium ibi ſpectatur, 3. Laicorum Confraternitates, Xenodochium, Mons pietatis, Seminarium extat in Caſtello Maſſæ Fiſcaliæ. Inſalubrem aërem amplior cenſus Epiſcopatus 3000

ſcu-

ſcudatorum compenſare cenſetur. Ejus taxa eſt in libris Cameræ 100. florenorum. Titularem veneratur S. Geruntium ejus Civitatis primum Epiſcopum. V. *Vghellus* hic fol. 486.

### Sectio V. *De Comaclenſi Epiſcopatu*. Ital. Comacchio.

Lacunoſis in locis ad Adriaticum mare inter duos Padi fluminis ramos, Comaclum à marinis undis ex græca derivatione appellatur, ſalito piſce, recentique magnos proventus capit, refunditque in Comacli Dominum. Cathedralis D. Caſſiano ſacra habet Archipresbyterum animarum curam exercentem, 4. Canonicos, ac 8. alios Sacerdotes. Duo ſunt Monaſteria in Civitate Cappucinorum, & Carmelitarum diſcalceatorum, 4. Confraternitates, Mons pietatis. Epiſcopalis cenſus 1100. ſcudata exæquat, taxatur in libris Cameræ florenis 100. Diæceſis 9. continet oppida. V. *Vghellus* tom. 2. fol. 503.

### Sectio VI. *De Faventino Epiſcopatu*. Ital. Faenza.

Cathedralis D. Virgini ſacra, Præpoſituram habet, & Archidiaconatum, cum geminâ præbendâ Theologali, atque pœnitentiali; Ad ſunt Canonici 12. Manſionarii 8. Seminarium, Mons pietatis, Abbatiæ 4. Parochiæ intra Civitatem 28. in tota diæceſi 122. numerantur: incolæ in urbe 15000. in diæceſi 60000. Annui proventus ſunt ſcudata 2800. S. Petrus Damianus Cardinalis integro corpore ad S. Mariam ab Angelo, Ciſter-

cien-

cienſis ordinis conquieſcit. V. *Vghellus* hìc fol. 512.

### Sectio VII. *De Ferrarienſi Epiſcopatu.*

Centum numerantur Eccleſiæ, in hac Civitate, Cathedralis SS. Georgio, & Maurelio ſacra, ſeptem habet Dignitates, 14. Canonicatus, 8. Manſionarias, 50. Capellanias. Amplectitur hæc Eccleſia non modo redditus Epiſcopatûs, ſed etiam beneficiorum in ipſa erectorum, quæ ſummam efficiunt 40000. ſcudatorum pro annuo cenſu, itaque in libris cameræ taxa 1300. florenorum eſt. V. *Vghellus* l.c. fol. 543.

### Sectio VIII. *De Forolivienſi Epiſcopatu.* Ital. Forlì.

Ad dexteram Montoni fluminis in via Æmilia Forum Livium ſituatum eſt, diſtat à ſua Ravennate Metropoli 20. milliaribus inter Faventiam, cœſenamque. S. Mercurialis Armenus hìc fuit primus Epiſcopus paulo ante annum 250. V. *Vghellus* hìc fol. 614.

### Sectio IX. *De Foropopilienſi, & Bertinorienſi. Epiſcopat.*

Forum Popilii, ſive Pompilii, è quatuor illis Famoſis Emporiis unum viæ Flaminiæ, ſituatum eſt inter forum Livii, atque Cæſenam, à quodam Pompilio conſule conſtructum. Epiſcopus Cathedralem Eccleſiam habet in Bertinorio D. Catharinæ tutelæ commendatam, quæ vetuſtæ jam olim

exci-

excíſæ Foropopilienſis Cathedralis nomen retinet, & dignitatem; tribus dignitatibus, Præpoſiturâ, Archidiaconatu, & Archipresbyteratu, & 12. Canonicatibus inſignita, continet in Civitate Parochias 3. Religioſorum cœnobia 4. unum Monialium, Sodalitates 6. Xenodochium, & Montem pietatis. Epiſcopus 1200. nummorum redditu annuo potitur, & Cameræ florenos 50. pendere jubetur. V. *Vghellus* hìc fol. 635. & 636.

## Sectio x. *De Epiſcopatu Imolenſi*.

Forum Cornelii, quod hoc tempore Imolam vocamus, propè fluvium Santernum aliàs Vetrenum, inter Bononiam, Faventiamque diſtat à Ravenna 20. milliaribus. Eccleſia S. Caſſiano, Brixinenſi Epiſcopo ſacra eſt, habet 6. Dignitates de jure patronatûs, & ſolum cuſtos ad chorum tenetur cum 11. Canonicis, diſtinctas præbendas habentibus, & 8. Manſionariis 12. intra urbem, & 3. in ſuburbiis ſunt Parochiæ, Seminarium, 6. Monialium cœnobia, virorum 7. Domus Societatis Jeſu, Domus Mendicantium, Orphanorum, Puellarumque Virginum, Mons pietatis. Tota diœceſis in 9. foraneos Vicariatus dividitur, in quibus 108. Parochiæ, Xenodochia 36. ſimplices Eccleſiæ 90. Oratoria 5. Taxatur hæc Eccleſia in libris Cameræ ad florenos 350. cujus valor aſcendit ad 3000. ſcudata. *Vghellus* hìc l.c.

## Sectio xi. *De Epiſcopatu Saſſenatenſi*.

Saſſina conſecrata eſt S. Vicinio ſuo Protectori, Archidiaconus ſolus in ea eſt, qui curam exer-

exercet animarum, ſex vero Canonici, quorum tres reſidentiam habent, duo minores beneficiati, ac 12. Clerici. Nullum ibi eſt Monaſterium, una Laicorum Confraternitas; Diæceſis oppida, & Pagos continet 50. ſcudatorum 800. cenſetur cenſus Epiſcopatûs, taxatur in libris Cameræ 60. florenis. V. *Vghellus* t. c.

§. 3. *De Archiepiſcopatu Firmano, & 4. ſuffraganeis.* Ital. Fermo.

Firmanus Archiepiſcopatus habet ſuffraganeos Maceratenſem, Montis alti, Ripæ Tranſonis, S. Severini, ſivè ſeptempedani, Tolentini. Sixtus V. 17. Maji anno 1589. in Metropolim, Firmium erexit, Principis titulum conceſſit Honorius III. diœceſis 70. Caſtella continet. In Metropolitana B.V. ſacra, 3. ſunt dignitates, ſex Prælaturæ, 12. Canonicatus. Epiſcopatûs cenſus 4500. ſcudata excedit, taxatur in libris Cameræ ad florenos 600. V. *Vghellus* hic fol. 744.

Sectio I. *De Epiſcop. Maceratenſi, ac Tolentinati.*

Macerata, Civitas Piceni, Academia, ſedeſque Auditorum Rotæ. In Cathedrali D. Juliano Patrono ſacra, 13. numerantur Canonici cũ Archidiacono, quorum unus, Præbendam Theologalem, alter, Pœnitentialem obtinet, cum 5. Manſionariis. Canonici in Eccleſiaſticis functionibus cappas violaceas cum pellibus Armellinorum, & Rocchetto, adinſtar Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ ex privilegio Urbani VIII. deferunt. In ea inſi-

gnes ſpectātur reliquię, inter quas haud reticendū, ſervari ibidem ſacrum linteum corporale SS. D. N. J. Chriſti ſanguine madidum, qui anno 1325. cecidit ex corpore SS. D. N. in Eccleſia S. Catharinæ Maceratæ, dum ibi ſacerdos celebrans, ſacram hoſticam frangens hæſitabat in fide. 12. In hac Civitate ſunt Religioſorum cœnobia, 5. Monialium, hoſpitale, alia duo Orphanorum, & Puellarum, 5. Parochiæ, Collegiata Canonicorum cum Præpoſito, 7. Confraternitates, inter quas prælucet ſocietas S. Hieronymi, quæ nobibus aliiſque pauperibus, quibus mendicare non licet, liberaliter omni tempore ſubvenit, ut vitæ & familiæ decorem ſervent, præſtito juramento reticendi ſecreto, nomina pauperum petentium eleemoſynam: Extat clericorum Seminarium, Collegium Caſsinum ſub cura Patrum Societatis Jeſu; duo Oratoria, unum S. Philippi Nerii, alterum ſub tutela S. Antonii de Padua, Montes pietatis duo.

Tolentinum, Piceni Civitas, hodiè unita exiſtit cum Maceratenſi, & in amæno, & eminenti colle ſita eſt, inter Camerinum, & Maceratam, ab Ancona, & Fulgineo diei itinere diſtans, cujus radicesCluentus alluit fluvius. Cathedralis Deiparæ ſacra eſt, & in ea floret dignitas Archidiaconalis, cum variis aliis Beneficiis. Collegium Romanum Patrum Societatis Jeſu poſſidet Abbatiam Clarævallis bene fundatam, exiſtentem in hac diœceſi. *Vghellus* hic l. c.

Se-

## Sectio II. *De Epiſcopatu Montis alti.* Ital. Mont'alto.

Mons altus Sixti V. patria, 12. à Firmana Metropoli, 10. ab Aſculo paſſuum milliaribus diſſitus, inter Aſonem, & Ticinum fluvium ſitus, in vertice altiſſimi montis reſidet. Sixtus V. Collegiatam B. Mariæ, 14. Novembris anno 1586. in Cathedralem erexit, taxatur in libris Cameræ 200. florenis; aliàs valor ordinarius eſſe poterit 1500. ſcudatorum. *Vghellus* hìc fol. 829.

## Sectio III. *De Epiſcopatu Ripæ Tranſonis.*

Ripa Tranſonis, à Tranſone ſuo Conſtructore ſic appellatur. Cathedralis duas habet Dignitates cum 12. Canonicis. Quatuor ſunt Parochiæ in Civitate, 5. Religioſorum monaſteria, 2. Monialium, 8. Confraternitates, 2. Montes pietatis, Xenodochium, Seminarium 18. Clericorum. Diœceſis conſiſtit in pagis octo. Redditus Epiſcopales explent ſcudata 800. tametſi cenſeantur in Cameræ florenis 172. V. *Vghellus* hìc fol. 833.

## Sectio IV. *De S. Severini Epiſcopatu.*

Ex Antiquæ ſeptempedanæ Civitatis ruinis, S. Severini nobile oppidum extulit muros, crevitque à nomine glorioſi illius ſeptempedanorum Præſulis S. Severini. Cives, cum ſacrato ejus cadavere, mirabili portento, tranato flumine templum ejus nomini fundare cœperunt. In Piceno ſita eſt, inter colles Appennino finitimos. V. *Vghellus* hìc

tom.2. fol.845. Sixtus V. P. M. Firmano Archiepiſcopo hanc ſubjecit, videatur erectionis Bulla apud eumdem fol.847.

§. 4. *De Archi-Epiſcopatu Urbini, & 6. ſuffraganeis.*

Urbinatenſis Civitas, inter ſepim, & Foliam amnes, in eminentiori monte ſuſtulit muros. Pius IV. hunc Epiſcopum, Metropolitanum declaravit 9. Junii anno 1563. Metropolitana. S. Creſcentio Urbis Patrono ſacra habet Præpoſituram, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Decanatum, & 16. Canonicatus, quorum poſſeſſores Byrrum violaceum ferunt ex conceſſione Urbani Octavi P. M. Seminarium 15. Alumnorum, monaſteria 20. virorum, Monialium 6. Orphanotrophium, & Xenodochium hic numerantur. Diœceſis comprehendit oppida, & pagos 30. Parochiales Eccleſias 75. Taxatur in libris Cameræ florenis 300. Legatus Pontificus ejus gentis incolis jus dicit. Sebaſtian. Ant. Card. Tanarius, hodiè hic Legatus eſt.

Sectio 1. *De Callienſi Epiſcopatu.*

Callium, Civitas in planitie inter Cantianum, & Boatium fluvios, ad radices montis Petroni, in Senonica Umbria ſita eſt, Cathedralis, dicata exiſtit B. Virgini in cœlum aſſumptæ, habet Præpoſituram, Archidiaconatum, & 11. Canonicatus, & 12. Cappellanias, Theologalem præbendam. Sex ibi ſunt monaſteria Religioſorum, 3. Monialium, 22. Confraternitates, Mons pie-

pietatis. Diœceſis comprehendit Eccleſias rurales 96. Ejus cenſus in Cameræ libris taxatur 204. flor. tametſi 108. ſcudatorum Romanorum vulgò tantùm cenſeatur. V. *Vghellus* hìc fol. 891.

Sectio II. *De Foroſempronienſi Epiſcopatu.* Ital. Foſambruno.

Ad ſiniſtram viâ Flaminiû in Umbria, ad Meridiem, Fori ſempronii Civitas ſita eſt. Primitùs Epiſcopatus exemptus erat, donec anno 1565. Urbinatenſi ſuffragari juſſus fuerit. Cathedralis ſub invocatione SS. Mauritii, & Aldrobrandi Epiſcopi conſtructa, Præpoſituram habet, præbendas Theologalem, & Pœnitentialem, 11. Canonicatus. Quatuor florent ibi Religioſorum Monaſteria, 2. Monialium, Xenodochium unicum, 5. Confraternitates. Diœceſis 13. loca continet. Epiſcopatûs taxa in Cameræ libris eſt 250. floren. tametſi certior cenſus 1000. ſcudata exæquet. V. *Vghellus* hìc fol. 910.

Sectio III. *De Leopolitano, ſive Feretrano Epiſcopatu.*

S. Leonis Civitas, quæ olim Leopolis appellabatur, in ſupino, arduoque colle coſtructa, Urbinatis Ditionis in Flaminicam Provinciam ſpectat. Pius V., & Gregorius XIII. ſanciverunt, ut Epiſcopus in nobili oppido Pinnæ Billorum reſideat, ubi S. Leonis Cathedralem tranſtulerunt, erigendo ejuſdem oppidi Eccleſiam Collegiatam S. Bartholomæi, in Cathedralem Feretrani Epiſcopatûs. Priſcæ S. Leonis Cathedralis Præpoſitum

habuit, & 5. Canonicos, cui Clemens addidit Archidiaconatûs, & Archipresbyteratûs alias dignitates. In Diœceſi numerantur Eccleſiæ Parochiales 100. 6. Monialium cœnobia, 16. Religioſorum. Beneficia ſimplicia 30. Epiſcopatus taxatur in libris Cameræ florenis 250. V. *Ughellus* hic fol. 932.

### Sectio IV. *De Piſaurenſi Epiſcopatu*. Ital. Peſaro.

Piſaurum, antiqua Civitas ſupra ripam Iſauri fluminis, quà mare Adriaticum ſubit, ſituata eſt. Cathedralis Virgini Aſſumptæ dicata, Præpoſiturâ, Archidiaconatu, & 11. Canonicatibus gaudet; ſeptem extant Eccleſiæ Parochiales, virorum Monaſteria 8. Monialium 4. diœceſis 19. oppida, & 27. Plebanias continet; ejus taxa in libris Cameræ aſcendit ad florenos 300. V. *Vghellus* hic fol. 947.

### Sectio V. *De Senogallienſi Epiſcopatu*.

Conſtat Senogalliam à Gallis ſenonibus, poſt captam Urbem, fuiſſe ædificatam, dictamque fuiſſe Senamgalliam, ut diſcrimen eſſet inter Senogalliam, & Hetruſcam Senam. Cathedralis D. Petro ſacra, tribus dignitatibus, ac 12. Canonicatibus gaudet, & 4. Capellaniis, cum præbendis Theologali, & Pœnitentiali. Montem pietatis habet, unicum Xenodochium, & Seminarium. Diœceſis ampla eſt, cum tribus Eccleſiis Collegiatis, 4. Prioratibus, 5. Vicariis. 40. Curatis Eccleſiis, totidem ſimplicibus beneficiis, 3. Commendis, 22.

Re-

Religioſorum monaſteriis, ac 7. Monialium. Taxa hujus Eccleſiæ eſt in libris Cameræ florenorum 442. Quamvis alii credant cenſum 7000. ſcudatorum eſſe. *Ughellus* hìc fol. 957.

SECTIO VI. *De Urbanienſi, & S. Angeli in Vado Epiſcopat.*

In Provincia Maſſa Traboria appellata, Urbinatis Ducatûs, in explicata, amænaque planitie, ad Metaurum, oppidum Caſtri Durantis ſitum eſt, pluribus ſœculis nomen illud retinuit, donec ab Urbano VIII. P.M. a 1635. Epiſcopalis Sedis dignitate, abjecto priori nomine, fuerit inſignitum. Cœterum aëre ſalubri gaudet Urbanium, & diſtat 8. milliaribus ab Urbino: Princeps Eccleſiæ Urbanienſis S. Chriſtophori fuit quondã Benedictinorum Abbatia, in qua Præpoſitura, tres aliæ dignitates, 12. Canonici, 6. Manſionarii: Quinque ibi ſpectantur Religioſorum monaſteria, 2. Monialium 6. Laicorum Confraternitates, Xenodochia 4. Seminarium, Mons pietatis. Prodiœceſi, Abbatiæ territorium eſt attributum, quod per 50. milliaria extenditur, pluraque oppida, villaſque complectitur.

Cathedralis Eccleſia S. Angeli, Vadenſis Civitatis ſub S. Michaëlis Archangeli invocatione Archipresbyterum curatum habet cum 12. Canonicis, & 5. Manſionariis. Ibi videntur 4. Religioſorum monaſteria, totidem Monialium, Seminarium Clericorum, 12. Confraternitates, 2. Xenodochia, Mons pietatis. Epiſcopalis cenſus ex duabus hiſce Eccleſiis aſcendit ad ſcudat. illius Provinciæ 2150. V. *Ughellus* hìc f. 975. uſque ad 988.

# CAPUT V.

## De Archi-Epiſcopatibus, & ſuffraganeatibus Hetruriæ.

### §. I. *De Archi-Epiſcopatu Florentino, & 5. ſuffraganeis.*

FLorentia, Hetruriæ caput; magnorum Ducum inclyta ſedes, ex Feſulanis ruinis, in explicata, lataque planitie, quam Arnus fluvius alluit, extulit muros, utrimque nobiliſſimis appoſitis ædificiis; quibus, qui decurrit medius idem Arnus rectum compellatur ad curſum: quæ rurſum per Arnum diſſita, quatuor ſuperbiſſimi pontes conjungunt. Ambitum habet 7. milliarium, ſilice quadrato ſtrata, latis ornata plateis, ædificiiſque ſuperba. Primitùs erat Epiſcopatus exemptus Florentinus, quem ad Archiepiſcopatum promovit Martinus V. Canonici Metropolitanæ ſunt 37. 5. Dignitates. Collegiatas nobiles habet 12. inter quas præcipua eſt S. Laurentio ſacra; Parochiales 44. Religioſorum monaſteria 35. Cœnobia Monialium 60. Xenodochia 36. Titularis Civitatis eſt S. Joannes Baptiſta. Florentinæ Eccleſiæ annui proventus ad ſummam 7000. ſcudator. pertingunt. Taxatur vero in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 1541. V. *Ughellus* tom. 4. fol. 12.

Se-

### Sectio i. *De Epiſcopatu Burgenſi, ſeu Burgi S.Sepulchri.*

Leo X. Civitatem Burgenſem Epiſcopali dignitate condecoravit. Galeottus de Gratianis, Burgenſis Abbas, perpetuuſque Commendatarius Monaſterii S.Joannis Baptiſtæ, ſuæ patriæ primus Epiſcopus fuit, à Leone X. nominatus anno 1520. 18. Septembris, Vid. *Vghellus* tom.c. Italiæ fol.256.

### Sectio ii. *De Epiſcopatu Collienſi.*

Cathedralis tres habet Dignitates, ac 12. Canonicatus. Uſimbrandus Uſimbrandius oriundus è colle, primus Collenſis Epiſcopus electus fuit anno 1592. 5.Junii. V. *Vghellus* tom.c.fol.267.

### Sectio iii. *De Epiſcopatu Feſulauo.*

Cathedralis D. Romulo ſacra habet Præpoſitum, & 12. Canonicos. Epiſcopatus primitùs exemptus erat, ſed Martinus V. eum ſuffragari juſſit Florentino. Ampliſſimâ Diœceſi gaudet, ita ut etiam Florentiæ Templum, domoſque Eccleſiaſtico juri dicundo poſſideat. V. *Vghellus* tom.c. Italiæ fol.271.

### Sectio iv. *De Epiſcopatu S. Miniatis.*

Nobile S. Miniatis Oppidum, ad Thodeſcum, ut vocant, ab Urbe Florentia, 20. milliaribus tantùm diſiunctum 5. Decembris anno 1622. Grego-

rius XV. in Civitatem, & illius Eccleſiam majorem, in Cathedralem erexit, dicatam D. Mariæ, & S. Geneſio. Præpoſitus Infulatus eſt, adſunt etiam in ea Cathedrali 12. Canonici. V. Bullla erectionis ſub eodem Papa, anno, & die, quibus ſupra.

### Sectio v. *De Piſtorienſi Epiſcopatu.*

Cathedralis Sanctis Martino, Zenoni, & Jacobo ſacra eſt: Capitulnm coaleſcit ex 22. Canonicis, & 6. ſupernumerariis: quatuor antiquas Dignitates habet, & ſex recentes, quæ diverſarum familiarum juriſdictionem agnoſcunt. V. *Vghellus* hic fol. 353.

## §. 2. *De Piſano Archi-Epiſcopatu, & ſuffraganeis 3.*

Piſanus Archi-Epiſcopus, Corſicæ, Sardiniæque Primas, ſuffraganeos habet Adiacenſem, Alerienſem, & Sagonenſem; treſque Archi-Epiſcopi in Sardiniæ Inſula, juri Primatûs ſunt ſuppoſiti, videlicet Arborenſis, Calaritanus, & Turritanus. In Metropolitana Piſana pulcherrima, D. Virgini Sacra, 28. Canonici Horas divinas quotidiè decantant cum tribus Prælatis, 63. minores Sacerdotes ibi ſunt: Septem ejus Eccleſiæ numerantur Commendæ, 6. Caputiati Clerici, & 6. titulares Celebranti Archi-Epiſcopo aſſiſtunt. Præter publicam omnium Scientiarum Academiam, in Civitate, quam extra, 468. Eccleſias ſuæ ditionis numerat, numerabatqte olim duas Conſtantinopoli, totidem in Tunetano Regno, duas item Alexandriæ in Ægypto. In Civitate 10. ſunt Monaſteria,

ria, in ſuburbiis 3. in Diæceſi 11. virorum, Monialium 16. intra Urbem; nullum in Diæceſi, ſodalitates 21. in Ditione 30. Hoſpitalia 10. Unum Magnum nuncupatum pro infirmis, duo pro convaleſcentibus, reliqua pro recipiendis peregrinis, & pauperibus, Domus duæ charitatis, una pro infantibus expoſitis, altera pro pueris, & puellis derelictis recipiendis. Alia pia domus eſt Piſis Miſericordiæ, quotannis 50. puellis dotes ſolvens, captivos redimens, pauperes è carceribus dimittens, familiis neceſſitate ſuppreſſis ſubveniens, pluresque egenis eleemoſynas erogans.

Cœterum Piſis, Coſmus Medices I. Magnus Dux Hetruriæ, Saluberrimum Ordinem Equeſtrem S. Stephani, ad Turcarum cohibendos incurſus inſtituit, ſub regula S. Benedicti Abbatis, eundemque Magnus I. Magiſter, terror Turcici nominis adminiſtravit. Anno 1710. introductus fuit in Germaniam idem Ordo, ac M. Prior Alemanniæ nominatus fuit, Ulyſſes Comes de Sales, Frater Rudolphi de Sales, Præpoſiti, & Joannis Lucii, Sextarii Cathedralis Curienſis, qui eodem anno 27. Aprilis Piſis, coram M. Duce Hetruriæ, ac Equitibus dicti Ordinis pulchram recitavit Orationem.

## SECTIO I. *De Adiacenſi Epiſcopatu.*

Adiacenſis Civitas, in primariis Corſicæ Inſulæ Oppidis numeratur; ubi pro Republica Januenſi eſt Locumtenens. Diæceſis 14. Plebanias, ſeu Oppida continet, in ea unum, Ordinis Servorum ſpectatur Monaſterium. V. *Ughellus* tom. c. fol. 595.

### Sectio II. *De Alerienſi Epiſcopatu.*

Aleria in Corſica, antiqua Civitas. Duorum millium ſcudatorum redditibus hæc gaudet Eccleſia, & 19. continet plebanias. V. *Ughellus*, hìc fol. 600.

### Sectio III. *De Sagonenſi Epiſcopatu.*

Sagonæ vix hodiè conſpiciuntur veſtigia, 10. plebanias ſubjectas habet; Epiſcopus reſidere ſolet in terris Vici, & Calvi, in eiſdem locis Eccleſiæ Cathedrales mediocris ſtructuræ videntur, prima ſub Invocatione B. V. Aſſumptæ, & altera Calvi, S. Joanni Baptiſtæ dicata. Conſtat 5. Epiſcopatus in Corſica poſt fugatos Sarracenos fuiſſe erectos, inter quos Sagonenſis numerabatur. Epiſcopatûs cenſus vix ſexcenta ſcudata excedit. V. *Ughellus* hìc fol. 608.

## §. 3. *De Archi-Epiſcopatu Senenſi, & 4. Suffraganeis.*

Sena, aliàs fuit Epiſcopatus exemptus, Pius II. illnm extulit in Metropolim, cujus major B. Virgini Sacra eſt Eccleſia, in qua ſunt Archidiaconatus, & Primiceriatus, Canonici, & alii Clerici. Suffraganei ſunt ſequentes 4. V. *Thomaſius* Hiſtor. Senen. lib. 1. & 2.

### Sectio I. *De Cluſino Epiſcopatu.*

Cluſina Urbs in monte in Hetruria ſita eſt. Cathedralis S. Secundino dicata habet Archipresbyterum,

terum, & Præpoſitum, cum 3. Canonicis, & 4. Presbyteris. Duo Monaſteria ibi ſunt, alterum Virorum, aliud Virginum, 4. Confraternitates, unicum Xenodochium. Ejus Eccleſiæ in Libris Cameralibus taxa eſt florenorum 450. milleque ſcudata ejuſdem annum cenſum conſtituunt. V. *Ughellus* tom.c. fol.667.

### Sectio II. *De Groſſetano Epiſcopatu.*

Ex ruinis antiquæ Civitatis Ruſſellæ, quæ inter 12. Hetruriæ Civitates olim nobilis fuit, corrupto vocabulo ortum Groſſetum, eſt in ditione Senenſi ad lævam Umbronis fluminis. Diu Ruſſellæ viguit Epiſcopalis Dignitas, quæ deinde translata eſt Groſſetum. V. *Thomaſius* lib. 4. Hiſtor. Senen.

### Sectio III. *De Populonio, & Maſſæ Epiſcopatibus.*

Maſſa maritima ex edito monte mare proſpectat. Maſſa, exciſæ Populoniæ in Epiſcopali dignitate ſucceſſit. Cathedralis, eſt ſub Patrocinio S. Carbonis, habet Archipresbyterum, Præpoſitum, & 10. Canonicos. Præter Cathedralem altera Parochialis Maſſæ Eccleſia eſt, duoque Monaſteria ex Franciſcano Ordine, alterum fœminarum, virorum alterum, cum duabus Confraternitatibus, ac Xenodochio; Diæceſis 16. Oppida continet, & Ilvam Inſulam. Hujus Eccleſiæ cenſus ad duo millia ducatorum aſcendit, ejuſdemqne taxa in Libris Apoſtolicæ Cameræ florenorum eſt 300. V. *Ughellus* fol.784.

Cathedralis D. Petro Sacra habet Præpoſitum, Decanum, & tres Canonicos. In Diæceſi 23. Oppida numerantur, inter quæ Portus eſt Herculis: Villas Curatas 16. virorum Monaſteria 8. Cœterum taxatur Suanenſis Eccleſia in Libris Cameræ Apoſtolicæ florenis 135. & ordinarius valor ad 1000. ſcudata aſcendere dicitur. V. *Onuphrius*, & *Ughellus* tom. c. fol. 814. Suanæ Epiſcopi olim Summo Pontifici immediatè ſubjecti erant, à Pio verò II. Senenſis Suffraganei fuerunt declarati. V. Idem *Ughellus* l. c.

# CAPUT VI.

## De Archi-Epiſcopatibus, & Suffraganeatibus, Inſubriæ, Liguriæ, Pedemontis.

### §. 1. *De Archi-Epiſcopatu Mediolanenſi, & Suffraganeis.* Ital. Milano.

ARchi-Epiſcopus Mediolanenſis ſuffraganeos habet 15. Mediolanum, nobiliſſima Civitas, Inſubriæ caput, ante conditam Chriſtianam ſalutem 596. anno, in Planitie, trans Padum, inter Ticinum, & Lambrum amnes, ædificata habet Metropolitanam B. V. dicatam, in qua inter alias Reliquias, Clavus, quo affixus eſt Dominus, Noſter Jeſus Chriſtus, quem S. Archi-Epiſcopus Carolus anno 1576. Sæviente peſtilentiâ, ſolemni ſup-

ſupplicatione, ac nudis pedibus per Urbem circumtulit, & eundem clavum veneratus eſt Carolus VI. Imperator, & Rex Hiſpaniarum anno 1711. in Octobri, Mediolani præſens. Sacris miniſtrantium numerus ad 300. aſcendit, inter quos Prælati 5. Canonici 26. Cardinales dicti, ex quibus tres, ut vocant, Perſonatus, Theologi, Supremi Pœnitentiarii, & Doctoralis. Hi purpureis veſtibus, in Choro, Supplicationibus, & funeribus, adinſtar S. R. E. Cardinalium, purpureo tamen dempto capitis tegumento, utuntur. Horum Canonicorum Cardinalium 12. ſunt Presbyteri, 9. Diaconi, & 5. Subdiaconi; adeſt & Cimeliarcha: Vicarii duo perpetui curam animarum exercentes, & Parochus alius ex Eccleſia S. Michaëlis in Metropolitanam translatus, Capellani titulo S. Agnetis duo, Sacriſtæ duo, alter Sacrarii Aquilonaris, alter Meridionalis, Hoſtiarii 16. Clerici Sacrarii Aquilonaris, Capellani ſtipendia accipi ſoliti 32. Præfecti Fabricæ 32. Accedunt Alumni Seminarii 140. qui & ipſi ſtationem in Choro habent; Ambroſianum ritum omnes retinent. Gregorius XIII. P. M. ad Inſtantiam Caroli Borromæi Archi-Epiſcopi, ſeptem Principes Eccleſias Mediolani ad ſimilitudinem illarum 7. Romanæ Urbis Eccleſiarum, privilegiis, atque indulgentiis ornatas conſtituit. In Univerſum in Civitate, & Diæceſi Mediolanenſi continentur Eccleſiæ Sæculares 2175. ex quibus ſunt Collegiatæ 66. quarum 36. Collegiatæ actu, 30. habitum: & ex his rurſus in Urbe ſunt Collegietæ actu 10., habitu 3. in Diæceſi, Collegiatæ actu 26. habitu 27. rurſus curatæ Eccleſiæ ſunt 765. ex his in Urbe 69. in Diæceſi 696. quarum plebaniæ 65. reliquæ curatæ Diæce-

ſis

ſis 631. Eccleſiæ ſimplices ſunt 738. Oratoria 631. Collegia Clericorum 7. Capellaniæ titulares 436. mercenariæ vero 490. Clerus Sæcularis his perſonis conſtat, ſunt in eo Dignitates 81. nempe Præpoſituræ 64. Archipresbyteratus 7. Archidiaconatus 2. Primiceriatus unus, Decanatus unus, Prioratus ſex: Graduati in Clero Sœculari perplures, & inſignes viri. Reliquus Clerus Sœcularis conſtat perſonis 3076. ex his ſunt Canonici 501. nimirum in Urbe 155. in Diæceſi 346. Curati vero 800. quorum in Urbe 80., reliqui in Diæceſi. Capellani in Univerſum 416. nempe Titulares 179. Mercenarii 237. Beneficiati ſunt 106. Cuſtodes 69. Clerici in Seminariis 241. nempe in Seminario Urbis 141. in quatuor aliis extra Urbem 100. Clerici extra collegia, Curatis inſervientes 711. V. *Ughellus* hic fol. 51. In Civitate, & Diæceſi virorum Monaſteria ſunt 148. quorum in Urbe 39. Monialium Monaſteria in Civitate, & Diæceſi ſunt 61. Domus piæ Mulierum, ac Virginum 27. Hoſpitalia 36. Sodalitates Laicorum 886. Medici jurati 79. Ludimagiſtri 137. Scholæ Urbis & Diæceſis 240. Officiales eorum generales 273. particulares 5726. Operarii 3640. Inſtruendi ſupra 40098. Communicantium animæ, Diæceſis, & Civitatis 366868. Animæ utriuſque Sexûs in Civitate, & Diæceſi 560000. Omnes Eccleſiæ aſcendunt ad ſummam 2220. *Joſephus Ripamontius* ad Med. Eccl. Hiſt. A. 1711. hic fuit Legatus de latere, ad Carolum VI. Card. Imperialis.

SECTIO I. *De Epiſcopatu Albenſi.*

In Inſubria ciſpadana Montis Ferrati Provinciæ, prope fluvium Tanarum, juxta Appenninum,

num, Alba Pompeja antiqua Civitas eſt. Epiſcopus, & Comes Albenſis inſcribitur, latam habet Diæceſim, Cathedralis D. Laurentio Sacra habet 4. Prælatos, & 10. Canonicos. 4. ſunt in Civitate virorum Monaſteria, 3. Monialium, & in Diæceſi 2. Monialium, & 10. Religioſorum. Unica Collegiata eſt in Oppido Cevæ, cum Archipresbytero, & 7. Canonicis. Diæceſis 107. Oppida, & totidem Parochias continet. Fructus Epiſcopatûs in Libris Cameræ taxantur ad florenos 357. ejus vero Epiſcopalis menſæ valor olim ad 2000. ſcudata aſcendebat. V. *Ughellus* hic f. 402.

## Sectio II. *De Albintimilienſi Epiſcopatu.*

Albintimilium Liguriæ vetuſtiſſima Civitas, Cathedralem habet Sacram B. Virgini in Cœlum Aſſumptæ, cum Præpoſito, duobus aliis Prælatis, & 8. Canonicis. Adſunt 3. Monaſteria, Xenodochium, Confraternitas, Seminarium; Diæceſis parva eſt. Epiſcopatûs taxa in Libris Cameræ Apoſtolicæ eſt florenorum 102. expletque cenſus omnis, ſummam ſcudatorum Romanorum 850. V. *Ughellus* tom. c. fol. 428.

## Sectio III. *De Epiſcopatu Alexandriæ Stadeliorum.*

Anno 1175. Alexander III. eam Civitatem Epiſcopali Dignitate ornavit, cum Eccleſiam S. Petri erexiſſet in Cathedralem: Sex habet Prælatos, & Canonicos 18. Adſunt 12. aliæ in Civitate Parochiæ, Collegiatæ cum Præpoſitis, & Canonicis duæ; Cænobia diverſorum ordinum 12.

Monialium 5. Xenodochia 5. Commendæ Ordinis S. Joannis 2. Confraternitates 22. Seminarium. Diæceſis habet. 17. Oppida. Cenſus annuus menſæ Epiſcopalis cenſetur 2000. ſcudatorum; taxatur in Libris Cameræ florenis 293. -¦- V. *Ughellus* tom.c. fol.456.

## Sectio iv. *De Epiſcopatu Aquenſi Stadeliorum.*

Non procul ab Alba, in Montis Ferrati Ditione, Aquenſis Civitas ſituata eſt, Cathedralis B. V., & S. Vidoni Epiſcopo, & Patrono Civitatis Sacra, habet Præpoſitum, 4 alios Prælatos, 8. Canonicos; Præbendatos, Theologalem, & Pœnitentialem. Archipresbyter animarum curam exercet, exſtatque alia Parochialis Eccleſia Aquis, 3. Religioſorum Cœnobia, unum Monialium, Seminarium, Xenodochium, & 100. Oppida in Diæceſi ſunt, & totidem ferè Parochiæ; ſunt in ea Abbatiæ 6. Taxa in Libris Cameræ eſt 100. florenorum, quamvis annuus cenſus 600. ſcudata non excedat. V. *Ughellus* hìc f.465.

## Sectio v. *De Epiſcopatu Aſtenſi.*

Aſtenſis Civitas, mediterraneæ Liguriæ, ſupra Tanarum fluvium ſituata, Cathedralem cum 4. Prælatis, & 17. Canonicis B. Virgini Dedicatam habet; accedunt his 17. Capellani. Seminarium alit 24. Clericos Alumnos. Præter Cathedralem 8. Parochiales Eccleſiæ ſunt in Civitate, Collegiatæ tres, una inſignis S. Secundini, Civitatis Patroni, cum Præpoſito, & 10. Canonicis. Altera

S. Mar-

S.Martini, tertia S.Pauli, cui Capellani adinſtar Canonicorum deſerviunt. Taxa Aſtenſis in Libris Cameræ reperitur 618. florenorum. V. *Ughellus* tom.c. fol.475.

Sectio VI. *De Epiſcopatu Bergomenſi.*

Duæ longo tempore hic fuerunt Cathedrales S. Alexandri, & S. Vincentii, tandem Clerus una cum S. M. Alexandri Reliquiis in S. Vincentii Baſilicam demigravit, unumque corpus effectum eſt Clericale, utriuſque tamen Cleri impermixto cenſu manente. 40. Canonici ibi ſunt, varii Prælati, cuſtodes 6. 12. Capellani, 30. Alumni adjuvant in recitandis Horis Divinis in Cathedrali. In hac Civitate 3. aliæ reperiuntur inſignes Eccleſiæ, non collegiatæ nuncupatæ, Parochiæ 14. Monaſteria Religioſorum 12. Monialium 9. Seminarium, Orphanotrophium, duo loca pia fœminarum converſarum ad meliorem frugem. Diæceſis habet Vicarios foraneos 22. Parochos 260. Epiſcopatus ab Apoſtolica Camera 700. florenorum taxam obtinuit, ordinarius autem cenſus 9000. ſcudata exæquat. V. *Ughellus* tom. c. fol. 586.

Sectio VII. *De Brixienſi Epiſcopatu.* Ital. Breſcia.

In Cathedrali B. Virgini in Cœlos Aſſumptæ, Dignitate fulgent 6. Prælati, 17. Canonici; Præbendati, Theologalis, & Pœnitentialis, Capellani, 150. alii Clerici. In Civitate præter Cathedralem 12. ſunt Parochiales Eccleſiæ, Virorum

Cœnobia 16. Monialium 14. Plures item Domus ſunt adinſtar Monaſteriorum, in quibus clauſura non obſervatur. 2. Montes Pietatis 2. Hoſpitalia, alterum incurabilium, alterum magnum nuncupatum, & annuo cenſu ducatorum 20000. dotatum, in quo ægroti, expoſiti & peregrini recipiuntur. 60. Uicarii Foranei in Diæceſi exiſtentes præſunt 364. curatis. Virorum cœnobia numerantur 48. unum Monachorum Olivetanorum, Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ in Commendam Sæcularibus Clericis conferri ſolitæ numero 8. Præpoſituræ ſunt 4. Monialium Monaſteria ſunt ſex, in Oppidis muro ſeptis. V. *Ughellus* tom. c. fol. 725.

## Sectio VIII. *De Epiſcopatu Caſalenſi.*

Sixtus IV. P. M. anno 1474. pro Diæceſi, 60. Caſtella à Veteri Juriſdictione Aſtenſi, & Vercellenſi divulſa, cum novo Paſtore attribuit, ac Eccleſiam S. Evaſio Sacram, in Cathedralem erexit, in qua eſt Præpoſitus cum Archidiacono, 17. Canonicis, 44. Beneficiatis, 24. Alumnis Seminarii. In Civitate Parochiales Eccleſiæ 3. ſunt, Monaſteria virorum 6. Monialium 3. Xenodochium, & plures Confraternitates; Oppida, & pagos Diæceſis complectitur 104. in quibus omnibus ſunt Parochiales Ædes 115. Abbatiæ 3. Taxatur hæc Eccleſia in Libris Cameræ florenis 333. $\frac{1}{3}$ Menſæ Epiſcopalis redditus olim erant ſcudatorum 1350. *Ughellus* tom. c. fol. 774.

## Sectio IX. *De Epiſcopatu Cremonenſi*. Ital. Cremona.

Præter Cathedralem B. Virginis, Cremonæ ſunt 45. Parochiales, in his una Collegiata cum Præpoſito, & 8. Canonicis. In Cathedrali 25. Canonici inſerviunt, incedentes veſtiti more Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ, ex Privilegio Gregorii XIV. olim hujus Eccleſiæ Epiſcopi, inter quos 9. ſunt Prælati; in Proceſſionibus Crucem Patriarchalem præſeferunt. In tota diæceſi ſunt Parochiales Eccleſiæ 230. inter has 3. ſunt Collegiatæ, Virorum Cœnobia 30. Monialium 12. Cremonenſis Eccleſia taxatur in Libris Cameræ ad florenos 500. ordinarius autem valor aſcendere poſſet ad 14000. ſcudata illius patriæ monetæ. V. *Ughellus* fol. 782.

## Sectio X. *De Epiſcopatu Derthonenſi*.

Ad ſimilitudinem cubiti, in Montis Appennini deflexu, in ubere territorio ſita eſt Civitas Tortona, cujus Cathedralis B. V. & S. Laurentio dicata, 5. Prælatos, & 22. habet Canonicos. In Civitate ſex ſunt Parochiæ, quarum una Collegialis eſt cum Præpoſito, & Canonicis: adſunt 9. Religioſorum Cœnobia, & Monialium, Xenodochium. Tres Collegiatæ ſunt in Diæceſi, ac 220. Parochiales Eccleſiæ, quæ omnes per 32. Vicarios foraneos reguntur: in tota Diæceſi ſunt 14. cœnobia, plura virorum Monaſteria, 100. Confraternitates. Epiſcopus Comes Derthonæ ſubſcribitur, & in 20. Oppida & Villas, abſolutam

habet Juriſdictionem, cum mero, & mixto imperio, & omnimoda gladii poteſtate. Taxatur in Libris Cameræ florenis 800. annui tamen redditus, ſcudata 1700. non excedunt. V. *Nicolaus Montemerlus* in Hiſtoria Derthonenſi.

## Sectio XI. *De Epiſcopatu Laudenſi*. Ital. Lodi.

Ad rippam Addæ fluminis in Inſubria, Laus Pompeja, nobilis Civitas ſita eſt. In ea ſunt 14. Regularium, 12. Monialium Cœnobia, & 8. Confraternitates. Ultra Cathedralem, conſpicua eſt Collegiata S. Laurentii, cum Præpoſito, & Canonicis; præclara eſt Eccleſia S. Mariæ Coronatæ; Præpoſitura S. Joannis in Vinea, Prioratus & Abbatia S. Marci præ cœteris excellunt; adeſt Mons Pietatis, plura videntur Xenodochia. Cathedralis B. Virgini dicata, habet Præpoſitum, tres alios Prælatos, & 24. Canonicos. S. Baſſianus, Epiſcopus, Civitatis Tutelaris eſt. Parochiales Eccleſiæ in Diæceſi ſunt 85. cum 9. Vicariis foraneis; Abbatiæ 2. & Prioratus unus Laudæ Veteris annui censûs 6000. ſcudatorum, Germanico Almæ Urbis Collegio unitus, & Abbatia Cornu juvenis, Ordinis Ciſtercienſis, & Prioratus S. Pauli: Taxatur hæc Eccleſia florenis 150. V. *Ughellus* hic fol. 893.

## Sectio XII. *De Novarienſi Epiſcopatu*.

Cathedralis Deiparæ dicata, Archidiaconum, Præpoſitum, Archipresbyterum habet cum 32. Canonicis. In Civitate, & ſuburbiis 17. numerantur Parochiales Eccleſiæ, 11. Monaſteria Religio-

gioſorum, 7. Monialium. In tota Diæceſi continentur Collegiatæ 6. Parochiales 353. Vicarii Foranei 35. 3. Alumnorum Seminaria, Cœnobia virorum 2. Monialium totidem; in tota Diæceſi numerantur animæ 20000. ac 10. Corpora Sanctorum ſpecificata ab *Ughello* fol. 942. Taxatur in floren. 800. Menſæ vero annuus cenſus aureorum 4000. qui partìm ex prædiis, partim colliguntur ex vectigalibus 48. villarum in Septentrionali parte Diæceſis poſitarum, in quibus Novarienſis Epiſcopus utramque Juriſdictionem, Imperatorum conceſſione, exercet. V. *Carolus à Baſilica Petri*, qui totam Navarienſem Diæceſim exactè deſcripſit.

## Sectio XIII. *De Savonenſi Epiſcopatu.*

Cathedralis Deiparæ Aſſumptæ Sacra, habet Præpoſitum, Archidiaconum, Archipresbyterum, Cantores 2. Canonicos 11. Capellanos 12. in Civitate videntur 3. Parochiales Eccleſiæ; in ea & ſuburbiis 13. virorum cænobia, Monialium 2. Hoſpitalia, Orphanotrophium, Seminarium; ex liberalitate Imperatoria, Epiſcopus, Princeps, Comeſque Savonæ dicitur; in Diæceſi ſunt 40. Parochiales Eccleſiæ, virorum Cœnobia 6. Protulit hæc Urbs duos Summos Pontifices, Sixtum IV. & Julium II. Taxatur in Libris Cameræ Apoſtolicæ florenis 135. ſunt qui dicant, cenſum annuum aſcendere ad aureos 9000. annuos. V. *Ughellus* tom. c. fol. 1003.

Refert *Vghellus* tom. 5. Ital. ſac. fol. 1024. Vercellenſes Epiſcopos, Regni Italię Archicancellarios fuiſſe, antequam à Gregorio IX. in Romani Imperii Ordinatione Colonienſibus Archiepiſcopis id munus demandaretur. Duæ hìc ſunt Cathedrales, S. Euſebii, & S. Marię majoris, quæ inter ſe de primatu contendunt, illa, quod numero Canonicorum, ſanctorumque lipſanis antecellat, & Epiſcoporum titulus, & ſedes ſit: hęc ob antiquitatem, nempe Conſtantini M. Imperatoris juſſu Glorioſæ Virgini dicata fuerit, & conſecrata ab Eugenio III. P. M. ex Galliis redeunte anno 1148. Romanis Cardinalibus, ac S. Bernardo Claravallenſi Abbate præſentibus: Utraque inſignis: prima (quam Euſebianam vocant) Sancti Theoneſti M. Vercellenſis nomine ab ipſo S. Euſebio ædificata fuit, & ejus fores ab Arrianis clauſæ, ipſi D. Euſebio oranti divinitùs patuerunt; conſecratio etiam divinitùs facta memoratur: (*ſicut* & illa Einſidlenſis Benedictinorum in Helvetia:) nam cum S. Albinus, ſextus vb Euſebio, S. Germanum Altiſiodorenſem Prępulem, illac iter Ravennam verſus habentem oraſſet, ut eam Eccleſiam conſecraret, atque ille poſtulata ſe facturum pollicitus Ravennæ objiſſet; factum eſt, ut ejuſdem Germani corpore Vercellis appropinquante, certæ faces per Eccleſiæ parietes depoſitæ, quæ ante eum diem accendi nunquam potuerant, ſua ſponte accenderentur, ſicque intellectum eſt, ſanctum virum promiſſionis memorem, mortuum

præ-

præſtitiſſe. Sacri miniſtrantium numerus, centenario major eſt, ſuntque ibi Archidiaconus, Archipresbyter, Præpoſitus, 24. Canonici, cappis violaceis, & Rocchetto utentes, aliique beneficiati, ac 30. Alumni Seminarii. S. Mariæ majoris Eccleſia habet 7. Canonicos, cappis ſimiliter violaceis, ac Rocchetto utentes, & Cappellanos 12. Parochiales intra Urbem Eccleſię ſunt 13. virorum, Cœnobia 8. 4. in ſuburbiis, 7. Monialium. Abbatiæ cummendatæ duæ, Præpoſituræ 3. Prioratus 2. membrum S. Jacobi de Alboreto, quod eſt magnæ Crucis Longobardiæ, Ordinis Hieroſolymitani. Domus piæ 3. Orphanotrophium, Hoſpitalia 5. Confraternitates 21. in Civitate ſunt. In Diœceſi 613. Eccleſię numerantur, 28. Cœnobia Religioſorum, Monialium 10. Vicariatus 17. Xenodochia 16. 4. Montes pietatis; Alumnorum Seminarium; Collegia 3. Abbatiæ 3. in Commendam dari ſolitæ, omnes parochi numero 198. Animæ omnes in Civitate, & diœceſi 131877. Taxatur in libris Cameræ florenis 1426. æſtimatur cenſus vulgò aureorum 3500. V. *Vgbellus* tom. & fol. cit. & fol. 1025. & 1036.

## SECTIO XV. *De Viglevanenſi Epiſcopatu.* Ital. Vigevano.

Inter Papiam, & Mediolanum pulchra Civitas eſt Viglevanenſis, quam nonnulli Vicum Veneris appellant. Clemens VII. anno 1529. 17. Kal. Aprilis Viglevanum Epiſcopali Dignitate ornavit. Cathèdralis D. Ambroſio ſacra habet Præpoſitum, Archidiaconum, Archipresbyterum, & 18. Canonicos, alios Beneficiatos, & 20. Alumnos

nos Seminarii. In Civitate ſunt Parochiales Eccleſiæ 2. Virorum cœnobia 5. Monialium unum, Xenodochia 3. Mons pietatis. In Diœceſi ſunt tantùm 3. Parochiæ, unum Monialium Cœnobium, & Hoſpitale Mortariæ, cum Abbatia Aquæ longæ Ordinis Ciſtercienſis, Epiſcopali menſæ unita. Taxatur in libris Cameræ ad florenos 900. valor autem ordinarius eſſe poſſet 4000. ſcudatorum.

Epiſcopatus, & alia beneficia hujus Civitatis, ſunt de jure patronatûs Regis Hiſpaniarum, ſeu Ducis Mediolanenſis. Carolus VI. & III. nominavit Epiſcopum hic Georgium Cattaneum, qui fuit examinatus Romæ 19. Februarii 1712.

## §. 2. *De Archi-Epiſcopatu Januenſi, & ſuffraganeis 5* Ital. Genova.

*Janua ab antiquo quondam quæ condita Jano*
*Dicitur, & vaſti narratur janua mundi.*

Metropolitana, D. Laurentio dicata habet Præpoſituram, Archidiaconatum, Majuſculatum, Archipresbyteratum, Primiceriatum, & 17. Canonicatus; quorum poſſeſſores, quoad colores veſtimentorum, inſtar Prælatorum, ab Innocentio VIII. & Paulo V. ſunt nobilitati. Per Civitatem videntur 22. Monaſteria Religioſorum, & Monialium; Xenodochia 4. Parochiales Eccleſias 28. complectitur. Inter quas inſignior eſt Collegiata B. Mariæ de Vineis, Præpoſito, & 9. Canonicis decorata: inſignis etiam habetur altera D. Donato ſacra. Diœceſis continet 282. Parochias, 33. Archipresbyterales Eccleſias Archi-Epiſcopalis menſæ redditus ad ſummam 2000. ſcudatorum aſcendunt; taxantur autem in libris Cameræ 1000. floren. V. *Ughellus* hic tom. c. fol. 1146. uſque 1150. Suffraganei ſunt 5. ſequentes.

SECTIO I. *De Accienſi, & Marianenſi, Epiſcopat.*

In Corſica, Hetruriæ adjacente inſula, Accienſis Civitas ſita eſt. Innocentius II. anno 1133. pro Cathedrali, Eccleſiam S. Petri de Athe aſſignavit; Pius IV. ob paupertatem ejuſdem, Marianenſem Epiſcopatum adjunxit; Accienſis dignitatis titulo ſuppreſſo. Accienſis Eccleſia olim taxata erat in libris Cameræ florenis 33 $\frac{1}{1}$. V. *Ughellus* tom.c. fol.1256.

SECTIO II. *De Albingenſi Epiſcopatu.*

Ab occidentali ora Liguſtici Maris, quinto milliario diſtans, inter Savonam, & Vintimiliam, in ubere, explicataque planitie, quam Centa flumen alluit, antiqua Civitas Albinga ſita eſt. Epiſcopatus, Comitatûs titulo inſignitur, illiuſque juris ſunt oppida 4. pagi 22. Diœceſis continet 166. Parochiales Eccleſias, quarum 8. inſignes 2. Collegiatæ, 18. Præpoſituræ. Cathedralis S. Joanni Evangeliſtæ ſacra, gaudet Archidiaconatu, Archipresbyteratu, Præpoſitura, & 15. Canonicatibus. In civitate ſunt 5. Religioſorum Monaſteria, unum Monialium. Epiſcopatus taxatur in libris Cameræ florenis 800. V. *Ughellus* tom.c fol.1264.

SECTIO III. *De Bobienſi Epiſcopatu.*

Bobiana Civitas, 40. milliaribus ab Urbe Ticinenſi in Ducatu Mediolanenſi ſita eſt. Henricus

San-

Sanctus, Imperator hic Epiſcopatum fundavit, Benedicto VIII. annuente anno 1014. ut *Ditmarus* refert lib. 7. In Cathedrali, Deiparæ Virgini, & D. Petro dicata, reperiuntur Archidiaconus, Præpoſitus, & 11. Canonici. In Civitate unum Monialium, & 3. virorum ſunt Monaſteria, inter quæ eſt inſigne illud D. Columbani Ordinis Sancti Benedicti. V. *Paulus Diaconus* l. 4. Jonas in vita S. Columb.

## Sectio IV. *De Brugnatenſi, ſeu Brumacenſi Epiſcopatu.*

Brugnatenſis, ſeu Brumacenſis, Liguriæ Civitas, eſt in Januenſium Ditione, prope fluvium Varum poſita; Hic Longobardorum Reges, dives fundarunt Ordinis S. Benedicti cœnobium, in honorem Sancti Petri, Laurentii, & Columbani; Innocentius II. anno 1133. ſuppreſsâ Abbatiâ, Epiſcopatum inſtituit cum Archidiaconatu, & 4. Canonicatibus. Taxatur in libris Cameræ florenis 133. V. *Ughellus* hic fol. 1363. & 1364.

## Sectio V. *De Naulenſi Epiſcopatu.*

Naulum, parva Civitas, prope mare, in Liguſtica ora, ad Occidentem ſita eſt. Temporibus Gregorii IX. princeps illius Eccleſia S. Pragorio ſacra, Diœceſis Savonenſis, erecta fuit in Cathedralem, cum Archidiaconatu, & ſex Canonicatibus. Unicum Monaſterium eſt in Civitate, & una Confraternitas. Taxa eſt in libris Cameræ florenorum 100. Videatur *Ughellus* hic fol. 1400.

De

§. 3. *De Taurinenſi Archiepiſcopatu, & ſuffraganeis* 2. Ital. Torino.

Taurinum, Pedemontanæ Regionis Metropolis, habet ſuffraganeatus, Eporedienſem ſeu Hypporegienſem, Foſſanenſem, & Montis Regalis. Leo X. hìc Archiepiſcopatum inſtituit 12. Maji anuo 1515. Archiepiſcopus Univerſitatis Cancellarius audit. In diœceſi ſunt ſex Collegiatæ, Parochiæ 220. virorum Cœnobia 31. Monialium 11. Prioratus conventuales 4. Commendæ Ordinis S. Joan Hieroſolymitani 6. Prioratus Longobardiæ ejuſdem Ordinis: Commendæ S. Lazari plurimæ: S. Antonii 4. Xenodochia 16. Abbatiæ diverſæ Ordinis S. Benedicti, Vallumbroſanorum, Ciſtercienſium, Canonicorum Regularium. Archiepiſcopalis menſæ cenſus cenſetur 4000. ſcudatorum; taxatur in libris Cameræ florenis 587. In Metropolitana D. Joanni Baptiſtæ dicata ſunt Præpoſitus, alii 4. Prælati, & 20. Canonici; & ſàcroſancta ſyndon Redemptoris D. N. J. Chriſti corpore conſecrata. In Civitate ſunt 14. Parochiæ, 16. Religioſorum Monaſteria, Monialium 5. Xenodochia 3. Mons pietatis. Nobile Patrum Societatis Jeſu Collegium. V. *Vghellus* fol. 1423. & 1424.

SECTIO I. *De Eporedienſi, ſeu Hypporegienſi Epiſcopatu.*

Eporedienſis Cathedralis, Deiparæ Aſſumptæ ſacra, habet 5. Prælatos, 14. Canonicos. Civitas habet 5. Parochias 5. Religioſorum Monaſteria, 2. mo-

2. monialium, Xenodochium, Montem pietatis, Seminarium cum 6. Alumnis. Taxatur in libris Cameræ floren. 300. diœceſis continet 120. Oppida, 80. pagos. V. *Vghellus* tom. c. fol. 1490.

Sectio II. *De Foſſanenſi, & Montis Regalis Epiſcopatibus.*

Clemens VIII. anno 1592. 15. Aprilis hìc Epiſcopatum inſtituit; cum taxa 300. floren. Montis regalis Civitas corrupto vocabulo *Mondovi* dicta 25. milliaribus diſtat à mari liguſtico. Urbanus Civitatem hic erexit anno 1388. Gregorius XIII. Epiſcopum addidit; in Cathedrali 4. Prælati, & 10. Canonici ſunt, adſunt, & 24. Alumni Seminarii; in Civitate 5. aliæ ſunt Parochiæ, & totidem Monaſteria. In tota diœceſi ſunt 37. Parochiæ. Taxa eſt florenorum 300. V. *Vghellus* hìc fol. 1521.

§. 4. *De Archiepiſcopatu Tarantaſienſi, Auguſtano & Sedunenſi, ſuffragan.*

In diœceſi Tarantaſienſi, unica eſt Abbatia Stamedii Ordinis Ciſtercienſis. V. F. *Sammart.* f. 662. ſub Tarantaſienſi Archiepiſcopo vulgò *Tarantaiſe*, aliàs *Mouſtier*, duo ſunt ſuffraganei, Auguſtanus vulgò *Oſta*, & Sedunenſi apud Helvetos, Germanicè *Sitten*. Auguſtanus, Ditionis Pedemontanæ, ſeu Sabaudicæ eſt, vocatur aliàs Auguſtæ Prætoriæ, & Cathedralis B. V. dicata, à 22. Canonicis Regularibus adminiſtratur. In diœceſi Auguſtana ſunt 3. Abbatiæ Benedictinorum, S. Viti Elvacenſis, S. Nicolai Montis Anden.

CA-

# CAPUT VII.

## De Patriarchatibus, Aquilejenſi, & Veneto, & aliis Archi- & Epiſcopatibus Venetæ Ditionis, per Italiam, Iſtriam, Dalmatiam, Illyricum, Græciam, inſulaſque Provinciis iſtis adjacentes.

### §. 1. *De Patriarchatu Aquilejenſi, & 15. ſuffragan.*

PAtriarchalis menſæ cenſus conſtat 3000. aureorum, quos Senatus Venetus pro Forojulio perſoluit, partim ex vectigalibus duorum Oppidorum S. Viti, & S. Danielis, in quibus Patriarcha utramque exercet juriſdictionem. Patriarchatus taxatur in libris Cameræ, florenis 10000. Patriarchalis Baſilica B. Virgini dicata anno 1031. à Popone Patriarcha conſtructa fuit, & præbendæ 50. Canonicorum inſtitutę fuerunt cum Decanatu, & Archidiaconatu, Canonicis etiam adnumeratur Imperator, Patriarcha, & Comes Goritiæ, per Vicarios, inſervientes: adſunt manſionarii 22. & clerici 4. qui omnes cultum diſtinum per 5. menſes in Eccleſia exercent; ſeptem verò reliquis, ab Aprili ad Decembrem excluſivè, ob cœli inclementiam ab Eccleſia abſunt, Manſionariis interea per vices cultum divinum perſolventibus. In Civitate Aquilejenſi, Sanctimonialium Monaſterium unum adeſt, cujus Moniales ob cœli inclementiam per æſtivum tempus clauſuram non ſervant, eſtque im-

immediatè ſubjectum Sedi Apoſtolicæ, quæ illius regimen commendavit Epiſcopo Tergeſtino. Vid. *Vghellus* hìc fol. 22. Diœceſis Aquilejenſis ampliſſima eſt, quippe in 3, nationes Germanicam, Italicam, Schlavonicam diffuſa, politico jure in duos diviſa Principatus Auſtriacum, & Venetum, in quibus Forolivii, & Udinæ, duæ reperiuntur Collegiatæ, quarum prima 44. altera 26. Canonicorum numerum explet. Sunt & in Diœceſi tres Abbatiæ in Commendam dari ſolitæ, & nonnulla Monaſteria. Abbatiæ autem de Medio, Roſacenſis, & Sextenſis Ord. D. Benedſcti. Vid. *Mea Germania Purpurata*.

Sectio I. *De Epiſcopatibus Belluacenſi, Cenetenſi, Civitatis Novæ, ſeu Æmonienſi, Comenſi, Concordienſi, Feltrenſi, Juſtinopolitano, & Parentino.*

Civitas Bellunum, quam *Cividal* vulgus vocat, in Provincia Marchiæ Tarviſinæ inter ſeptentrionales montes, feraciſſima valle ſita eſt ad Calorem amnem. Cathedralis S. Martino ſacrata, habet unum Prælatum, & 9. Canonicos, & 16. Capellanos; Seminarium, Montem pietatis, 3. Xenodochia, totidem Religioſorum Monaſteria, & unum Monialium ibi cernuntur. Diœceſis 10. Caſtella continet. Cenſus Epiſcopalis eſt 2500. ſcudatorum, Monetæ Venetæ, taxatur in libris Cameræ florenis 700.

Ceneta, in Marchia Taruiſina, ad radices quorundam collium, ſub dominio Veneto ſita Cathedralem habet S. Titiano Epiſcopo dicatam, ubi

Ar-

Archidiaconus, & 10. Canonici inſerviunt, quorum unuſquiſque habet 200. Ducatos aureos, horum Canonicatuum collatio ſpectat ad Epiſcopum exceptis Manſionariis, ad Capitulum pertinentibus, & uno Canonicatu de jure patronatûs Laicorum; in Civitate duo ſunt Monaſteria, & Seminarium 10. eſt Alumnorum; Diœceſis complectitur 118. Parochiales Eccleſias. Epiſcopalis menſa ſummam 3000. ſcudatorum exæquat, taxatur in libris Cameræ Apoſtolicæ florenis 1000.

Civitatis novæ, ſeu Æmonienſis Cathedralis B. Virgini, & Sanctis Maximo, & Pelagio ſacrata Archidiaconum habet, & 4. Canonicos, qui tamen ob cœli inclementiam non adeo appetuntur. Diœceſis continet oppida 3. & pagos 10. Epiſcopatûs annuus cenſus eſt ferè 1000. Ducatorum, taxatur in libris Cameræ flor. 36.

Comenſis Cathedralis Deiparæ Aſſumptæ ſacrata, habet Archidiaconum, Archipresbyterum, Præpoſitum, & 17. Canonicos, Adeſt & Collegiata S. Fidelis cum Præpoſito, & 7. Canonicatibus, 12. Parochiales Eccleſiæ numerantur in Civitate. Per totam diœceſim ſparſa cernuutur 52. Religioſorum Monaſteria, Monialium 25. pluresſque Abbatiæ, maximè Ciſtercienſis Ordinis S. Abundii, S. Carpophori, & S. Juliani; plura ſunt in Urbe Xenodochia, Seminarium, Mons pietatis. Larini lacus 110. milliaria explet in longitudine, 70. in latitudine, per circuitum 300. In qua diœceſi animæ numeranaur 166180. Ibi 35. Plebaniæ, & pluſquam 300. curatæ Eccleſiæ. Taxatur in libris Cameræ florenis 800. Valor autem ad 300. ſcudatorum ſummam aſcendere ſolet.

Concordia, Carnorum Civitas, Epiſcopum habet

habet, Ducis, Marchionis, & Comitis titulo à Friderico I. inſignitum. Cathedralis S. Stephano dicata, Decanum, Præpoſitum, & 12. habet Canonicos. In diœceſi eſt Collegiata S. Andreæ Portûs Gruarii, ubi ordinariè reſidere ſolent Canonici Cathedralis ex Indulto Sixti V. diœceſis complectitur Parochiales Eccleſias 118. diviſas in 12. Vicariatus foraneos, & Monaſteria virorum 5. Xenodochium unum: Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ſuperat 6000. ducatorum ſummam; Taxatur in libris Cameræ flor. 400.

Feltrenſis Cathedralis B. Petro dicata, Decanum, Archidiaconum, & 12. Canonicatus habet, 3. conſpiciuntur Religioſorum Monaſteria, & totidem Monialium 2. Xenodochia, continet diœceſis Parochiales Eccleſias 28. quorum 12. Venetis, 9. Comiti Tyrolenſi, 3. Epiſcopo Tridentino, 4. Baronibus à Velsberg in temporalibus ſubjiciuntur. Taxatur in libris Cameræ florenis 700. aliàs cenſus poſſet eſſe 3000. ducatorum.

Juſtinopolis, *Capo d'Iſtria*, in extremo Adriatici maris poſita, ipſo in exordio Iſtriæ ſita, Cathedralem habet S. Mariæ ſacram, in qua ex ordinatione Honorii III. 12. Canonici deſerviunt. Menſæ Epiſcopalis cenſus eſt 600. ducatorum; Taxatur in libris Cameræ florenis 100. diœceſis 13. Parochiales Eccleſias, & duo oppida continet. Priami, Collegiata eſt cum Plebano, & 5. Canonicis; adſunt etiam nonnulla Religioſorum, & Monialium Cœnobia.

Parentium, Iſtriæ Civitas, abeſt 3. milliaribus à Neuporto, nunc quieto flumine, eſtque impoſita peninſulæ. Cathedralem ædificare curavit

Otto

Otto Imperator anno 958. ex divino inſtinctu, liberatus à mortis periculo, relato ab *Ughello* hìc fol. 265. & eam B. Virgini liberatrici dedicare curavit, in ea ſunt Canonici 13. Archidiaconus, Archipresbyter, & Scholaſticus. Joannes XII. hìc Cathedralem declaravit rogatu Otthonis. Taxatur in libris Cameræ florenis 80. plures Parochiæ, & Monaſteria ſunr in diœceſi. V. *Mea Germania Purpurata*.

Sectio II. *De Epiſcopatibus, Patavino (Padova) Petinenſi, Polenſi, Traviſino, Tergeſtino, Veronenſi, & Vicentino.*

Patavii, in Cathedrali quatuor Prælati, & 24. Canonici officia divina peragunt, cum cappellanis, & Clericis Seminarii: animarum cura exercetur per 26. Parochos diverſarum Eccleſiarum, 22. Religioſorum Monaſteria ibi videntur, inter quæ eminet S. Juſtinæ Abbatia Benedictina, de qua eruditè ſcripſit *Jacobus Cavatia*; Huic Eccleſiæ Templum S. Autonii par propemodum habetur, ubi illius corpus conditum jacet apud Patres Conventuales. Monaſteria Monialium 23. numerantur 16. Xenodochia: Pietatis Montes 3. Civitas 116. Eccleſias complectitnr, reliqua vero diœceſis 550. qnæ ſub iiſdem calculis 621. efficiunt. Fridericus II Imperator Univerſitatem ſtudiorum hìc fundavit. Videatur *Bernardinus Scardeonæus de antiquitate Urbis Patarii*: *Angelus Portinarius, de Felicitate Padua*.

Pitinum, Iſtriæ Civitas, Auſtriacæ Juriſdictionis, Caput Comitatûs Piſini, antiquum habet Epiſcopatum à M. Conſtantino erectum, in cu-

jus Cathedrali B. Virgini Aſſumptæ, 4. miniſtrant Canonici; Epiſcopatus taxatur in libris Cameræ florenis 100. diœceſis continet 2. oppida, & 11. villas; à Clemente VIII. ad inſtantiam Ferdinandi Archiducis, menſæ Epiſcopali unita fuit Abbatia S. Petri de Sylva; ducenta ſcudata forſan habebit Epiſcopus reddituum annuorum.

Pola, poſtrema Italiæ Civitas in Iſtria, elevato in colle ſita, Cathedralem habet Deiparæ ſacram, in qua Archidiaconus, Scholaſticus, & 9. ſunt Canonici. Diœceſis 30. Caſtella complectitur præter alias villas, quorum 7. cum ſuis Canonicis Collegiatas habent Eccleſias 3. Monaſteria Religioſorum, & unum Monialium Ordinis Sancti Benedicti in Civitate ſpectatur, uti & Xenodochium, Venetæ Juriſdictionis eſt in temporalibus.

Tarviſina antiquiſſima Cathedralis D. Petro dicata, Decanum habet cum 15. Canonicis, Parochiales Eccleſiæ 17. numerantur, 12. Monaſteria, 6. Monialium. Cenſus Epiſcopatûs 4000. ſummam ſcudatorum exæquare videtur; taxatur in libris Cameræ florenis 450. In univerſum diœceſis complectitur Parochiales, intra, & extra Civitatem 214. virorum cœnobia 3. Abbatias 4. quarum 3. Benedictinorum ſunt, quarta eſt Ciſtercienſium; Monialium ſepta duo. V. *Bartholomæus Burchelatus* in mem. comment.

Tergeſtum, *Trieſte*, ad ſuperum mare in ipſo ſinûs deflexu ſituatum, à cui à Tergeſto, Tirgeſtini fecere cognomen. Epiſcopus Comitis titulo à Cœſare inſignitur, menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt florenorum 1000. Taxatur in libris Cameræ florenis 300. Cathedralis S. Juſto ſacra, habet

bet Archidiaconum, Decanum, & 10 Canonicos. Monaſteria virorum duo adſunt, & unum Monialium. In univerſum diœceſis complectitur Parochias 39. Collegiatas 3.

Veronenſis Epiſcopatûs taxa in libris Cameræ Apoſtolicæ eſt florenorum 900. Cathedralis B. Virgini ſacra ducentos miniſtrantes habet, inter quos nobiles, & docti Canonici 22., & quatuor Prælati, adeſt & Collegiata S. Helenæ prope Cathedralem, 48. Parochiæ, virorum cœnobia 23. Monialium 18. Xenodochia; plurimæ Benedictinorum, & aliæ, in Civitate, & diœceſi Abbatiæ reperiuntur.

Vicentina Cathedralis, B. Virgini ſacra, habet Archidiaconum, Archipresbyterum, 12. Canonicos, 24. Capellanos; taxatur in libris Cameræ 1000. florenorum; valor ad ſummam 8000. ſcudatorum aſcendit: adſunt Parochiales Eccleſiæ 13. virorum Cœnobia 18. Monialium 12. Xenodochia 11. Pietatis Mons ditiſſimus: Abbatiæ, plures.

### §. 2. *De Patriarchatibus Gradenſi, & Veneto, & ſuffraganeatibus Crapulemſi, Foſſæ Clodiæ, & Torcellenſi.*

Anno 1450. Patriarchatus Gradenſis Venetias translatus eſt, & Gradenſis Eccleſia ad plebanicam redacta Ædem, nihil ut hoc tempore veteris ſuperſit majeſtatis, niſi aliqua Religionis domus: duravit itaque Patriarchatus Gradenſis annos 870. Patriarcha Venetiarum habet ſub ſe ſuffraganeos Crapulam, Foſſæ Clodiæ, & Torcellenſem. Patriarchatus Venetus taxatur in libris Cameræ

florenis 1290. Major Baſilica dedicata eſt D. Petro, in qua 3. Prælati, & 12. Canonici ſunt, eligibiles â Capitulo, ex conceſſione Eugenii IV. In Seminario ſunt Alumni 40. Adſunt Parochiales Eccleſiæ 71. Monaſteria 30. Abbatiæ 12. Hoſpitalia 23. Confraternitates 72. Diœceſis continet Gradenſem, & alias Parochias.

Cathedralis Crapulenſis dicata D. Stephano, taxatur in libris Cameræ floren. 33. Diœceſis continet 2. Eccleſias. Epiſcopatus Foſſæ Clodiæ, ſeu Clugienſis, *Chiozza*, ex Metaumuco Inſula anno 1100. hûc tranſlatus fuit, taxatur in libris Cameræ Apoſtolicœ florenis 800. Cathedralis B. Virgini ſacrata habet Archidiaconum, & Canonicos; in Civitate ſunt Parochiales Eccleſiæ duæ, Monaſteria virorum 4. & totidem Monialium.

Torcellenſis Cathedralis, habet Archidiaconum, Archipresbyterum, Primicerium, & 8. Canonicos non reſidentiales, Cathedralis Beatæ Virgini ſacra eſt; in Civitate duo ſunt Prioratus, una Abbatia dives S. Thomæ, Ordinis Ciſtercienſis. In Diœceſi ſunt 2. Collegiatæ, Parochiales 12. Monialium Cœnobia 16. Taxatur in libris Cameræ florenis 200.

### §. 3. *De Archi-Epiſcopatibus Spalatenſi, Jaderenſi, Corcyrenſi, Antibarenſi, Nicoſienſi, Raguſino, Durracenſi, & eorundem ſuffraganeis.*

Spalatenſis Archi-Epiſcopus in Ditione Venetorum, Dalmatiæ, ac Croatiæ primas, *Spalatro*, habet ſub ſe ſuffraganeos, Segnienſem, *Segna*: Nonenſem, *Nona*: Farenſem; Traguri enſem,

Sebe-

Sebenicenſem, Sanadrienſem, Scardonenſem, *Scardona*, ſub ditione Turcarum; Tinienſem, Bliminīenſem unitum cum Archi-Epiſcopali menſa Spalatenſi; Almizum; Archi-Epiſcopus habet etiam titulum Salonitani Antiſtitis.

Jaderenſis Archi-Epiſcopus, *Zara*, Inſula in ditione Venetorum, habet ſuffraganeos, Arbenſem, Veglanenſem, Oſſorenſem; tres alias Jnſulas Venetorum.

Corcyrenſis Archi-Epiſcopus, *Corfù*, in ditione Venetorum; habet ſuffraganeos in duabus Inſulis Maris Jonii, Cephaloniæ, & Zacynthi.

Antibarenſis Archi-Epiſcopus, Regni Serviæ Primas, per Alexandrum II. anno 1062. inſtitutus, nunc ſub Tyrannide Turcarum, habet ſuffraganeos Antivirenſem, Buduanenſem, in ditione Venetorum; Reliqui 7. ſuffraganeatus, qui ſequuntur, ſunt ſub Turcis videlicet: Dulcinienſis, Suacinenſis, Scodrenſis, Sierbienſis, Ejaterenſis, Sapatenſis, Alenienſis.

Sub Nicoſienſi Archi-Epiſcopo, Regni Cypri olìm Primate, & Legato nato, Latini ritûs erant 7. Suffraganei, Famaguſta, Paphos, Curium, Amathus, Ceraunia: Græcanici ritûs erant, Jobi, Carpazium, Arzus, Leuca.

Sub Raguſino Archi-Epiſcopo ad mare Adriaticum, ſub Dominio Reipublicæ Raguſinæ, ſunt ſuffraganei: Stagnenſis, Marcatenſis, Tribunienſis, Roſonenſis, *Caſtel Nuovo*, olìm ſub Dominio Regis Dalmatiæ, atque Hungariæ, tempore Mathiæ Imperatoris; nunc ſub Turcis, ſicut & Garzalenis, & Stephanenſis.

Sub Durracenſi Archi-Epiſcopo ſunt ſuffaganei, Bedenſis, Crojenſis, Liſienſis, Albanenſis,

Canovienſis. V. *Miræus* in notitia Epiſcopatuum.

Archi-Epiſcopatus Athenienſis, cum annexo Principatu totius Helladis, & Epiſcopatus Coronenſis, cum reliquis ejuſdem Metropolitani Suffraganeis, Euripi, Diauliæ, Andrii, Orti, Scyri, Cariſtii, Porthmi, Aulonis, Syræ, ſub Pontificatu Innocentii XI. P. M. Chriſtianitati reſtituti fuerunt; quia eo tempore, armis Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, Corona expugnata, reliquique Epiſcopatus è Turcarum poteſtate, erepti fuerunt.

## CAPUT VIII.

### De 22. Archi- & 114. Epiſcopatibus Regni Neapolitani.

§. 1. *De Archi-Epiſcopatu Neapolitano, & 4. Suffraganeis, Acerrano, Iſchlano, Nolano, Puteolano.*

EX Archivio Cœnobii S. Sebaſtiani n. 320. conſtat Nicetam primum Archi-Epiſcopum Neapolitanum præfuiſſe anno 962. Epiſ. Cumanus Menſæ Archi-Epiſcopali unitus eſt: Archi-Epiſcopalis annuus cenſus eſt 12000. ſcudatorum, taxatur in Libris Cameræ ad florenos 2000. De Metropolitana, Epiſcopis, & Archi-Epiſcopis Neapolitanis, Univerſitate, Eccleſiis, Diæceſi, præſtantia, nobilitate, amænitate, cœteriſque dotibus. Vid. *Antonius Caracciolus, Bartholomæus Chiocarellus, Engenius, Capaccius, Sanfelicius*. Carolus I. & II. toti Urbi, ampliſſimoque Clero, Archi-Epiſcopalem Baſilicam exſtruxerunt. Rex Guilielmus II. Au-

gu-

guſtinianorum ædificare cæpit Eccleſiam; aliique Reges, Carthuſianis, Carmelitanis, Prædicatoribus, Franciſcanis, SS. Ignatii, & Cajetani ſodalibus adjutorio fuerunt in eorum ædificandis Eccleſiis, & Collegiis. Hæc Civitas habet, ab una Deipara Virgine Eccleſias, variis nominibus nuncupatas ſupra 120. Aliæ itidem 200. numerari poſſunt, à Dei Optimi Maximi, Divorumque diverſorum nominibus apellatæ. Metropolitana B. Virgini in Cœlum Aſſumptæ Sacra, præter Cimeliarcham, ſeu rerum pretioſarum Cuſtodem, habet 30. Canonicos, 22. Hebdomadarios, ex quibus multi facti fuerunt Summi Pontifices, ut Urbanus VI. Bonifacius JX. Paulus IV. Habent uſum mitræ, & baculi in Eccleſiæ ſolenniis, & Eccleſiaſtica indumenta Benedicere poſſunt, præter calices, & Patenas; janthinis cappis, & Rocchettis utuntur, ut Romæ Canonici S. Petri, aliqui ex iſtis Canonicis dicuntur Cardinales, inſtituti à Zoſimo Epiſcopo ad inſtantiam Conſtantini M. Imperatoris, jus habent ſpeliendi mortuos abſque electione ſepulturæ, & ſuccedendi eorum bonis, eis decedentibus, abſque legitimis hæredibus. Canonicatus Præbendatos confert Archi-Epiſcopus, non præbendatos vero, Canonici ſimul, cum Archi-Epiſcopo conferunt.

Acerrarum Civitas, antiquiſſima eſt Campaniæ Felicis, haud longe à Metropoli Neapoli, Comitatûs titulo nobilis, quam Clanius amnis præterfluit. Cathedralis S. Michaëli Archangelo dicata habet Archipresbyterum, cum 15. Canonicatibus. In Civitate unum tantum eſt Carmelitarum Monaſterium. Diæceſis, haud ultra muros Civitatis extenditur; eſt ad Regiam præſentatio-

nem,

nem, Clementi, VII. auctoritate. Cenſus hujus Eccleſiæ facit 2500. ſcudata, pondere illius monetæ ſeu provinciæ. Taxatur in Libris Cameræ florenis 100.

Iſchlana Cathedralis B. Virgini Sacra habet Primicerium; Archidiaconum, Archipresbyterum, & 10. alios Canonicos. 3. ſunt Parochiales Eccleſiæ in Urbe, unum Cœnobium. Epiſcopatus Iſchlanus, hujus Inſulæ fines non excedit, & animas continet 15000.; vini græci ferax eſt patria; fructus Epiſcopalis Menſæ ad 1000. Ducatos aſcendit; taxa ejus eſt florenorum 50.

Nola, ab ignivomo Veſuvio 5. mill. Neapoli 12. abeſt; ejus Cathedralis B. Virgini dicata habet Archidiaconum, Theſaurarium, Cantorem, & 17. alios Canonicos. Varii Conventus, & Eccleſiæ hic ſunt: Taxa Epiſcopatûs eſt florenorum 400.

Puteoli, Civitas 8. milliaribus, Neapoli diſſidet, ſita eſt ſupra collem, prope Linternum, Acheruntiamque Paludem; celebris eſt hæc Civitas ob decollationem S. Januarii, & Sociorum ejus. Cathedralis D. Proculo Sacra, habet Decanatum, Archidiaconatum, Cantoratum, & 12. Canonicatus. Seminarium, duæ Parochiales, duo Monialium, & 6. virorum Monaſteria ibi numerantur. Diæceſis ſummam 9000. continet animarum. Redditus Epiſcopatûs ad 3000. ſcudatorum dicuntur aſcendere; taxatur in Libris Cameræ florenis 133. V. *Sebaſtianus, Monachus Olivetanus*, in tractat. de Dignit. & ant. Eccleſiæ Puteolanæ. Puteoli, Italicè *Puzzuolo*.

§. 2. *De Archi-Epiſcopatu Capuano, & 8. Suffraganeis, Æſernienſi, Cajacenſi, Calvenſi, Carilonenſi, Caſertanenſi, Sveſſanenſi, Theanenſi, & Venafrinenſi.*

Metropolitana, SS. Stephano, & Agathæ V. & M. Tutelaribus conſecrata, habet Decanum, Archidiaconum, Duplicem Primicerium, Canonicatus 40. Manſionarios 12., Clericos 7. Seminarium alit 8. Alumnos; in Civitate numeratur Collegiata D. Annuntiatæ, Parochiales Eccleſiæ adſunt 17. Religioſorum 10. Monialium 3. Cœnobia, 14. Hoſpitalia, Prioratus ord. S. Joan. Hjeroſol. Diæceſis habet 2. Collegiatas, cum Canonicis, & 37. Oppida, & totidem Parochiales Eccleſias. V. *Julius Cœſar Capaccius* in ſua Neap.

Cathedralis Æſernienſis, B. Petro Apoſtolo conſecrata, ornatur duabus Dignitatibus, & 10. Canonicatibus; intra Civitatem ſunt duo Monaſteria Monialium, & 5. Mendicantium, Xenodochia 3. aliquæ Confraternitates. Diæceſis continet 13. Oppida, cum ſuis Parochiis, & Eccleſiis, inter quas Abbatia S. Vincentii, Ordinis D. Benedicti. Epiſcopatûs cenſus 1000. ſcudatorum ſummam excedit; taxa eſt in Libris Cameræ Apoſtolicæ floren. 50.

Calatia (*Cajazzo*) ad Vulturnum ſubterfluentem amnem ſita, Capuâ Metropoli VIII. Neapoli vero XXIV. milliaribus diſtat ad Apiam viam. Cathedralis Deiparæ, & S. Stephano ſacra, habet Archidiaconatum, duos Primicerios, 20. Canonicos; taxatur in Libris Cameræ florenis 130. in Diæceſi 40. ſunt Parochiales Eccleſiæ; adeſt

Col-

Collegiata SS. Annuntiatæ, adſunt & aliqua Monaſteria Virorum, & Virginum. Epiſcopatus *Atinenſis* hodiè ſuppreſſus eſt.

Inter Sueſſam, & Capuam, media ab utraque, 8. milliaribus diſtat Calvium. Taxatur in Libris Cameræ florenis 60. ab Atenulpho Comite Capuæ, ædificata fuit anno 879. illa Civitas.

Carilonum, taxatur in Libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 50. ad radices Maſſici Montis Civitas ſita eſt; Cales, & Sinueſſam propinquas Urbes habet; à Metropoli 8. milliaribus diſtat, fertile ſolum habet, ſed infelix ob aëris inſalubritatem.

Caſerta, in Tiphernatibus Montibus collocata, Capuâ tribus milliaribus, & Neapoli 14. diſtat. Cathedralis D. Michaëli ſacra habet Decanum, Archidiaconum, Primicerium, & 18. Canonicos; Collegiata D. Annuntiatæ Sacra habet ſex Presbyteros. Taxa Epiſcopalis eſt 239. florenorum. Diæceſis continet varia Monaſteria, & Parochiales Eccleſias.

Sueſſanus Suffraganeus declaratus eſt Capuani anno 968. à Joanne XIII. Taxa illius eſt in Libris Cameræ floren. 200. Cathedralis Deiparæ Virgini, & D. Petro conſecrata habet 25. Canonicos, inter quos 4. ſunt Prælati. Sparſim per Urbem ac Diæceſim plura Monaſteria, Eccleſiæ, & loca pia videntur.

Ad diſcrimé alterius Apuli Theani, Theana hęc Civitas eſt ad Maſſici Montis radices, haud procul a Falerno inter Sueſſam, & Cales. In Cathedrali eſt Decanus, alius Prælatus, & 16. Canonici, duæ Abbatiæ Benedictinorum ſunt in Civitate; nonnulla mendicantium Monaſteria, Mons Pietatis,

Com-

Commenda S. Paridis. Taxatur in Libris Cameræ florenis 250.

Venafrum,ad radices Apennini Montis, inter Caſſinum, & Æſerniam, haud longè à Vulturno flumine, ſupra collem, ſituata eſt. Taxatur in Libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 75. fructus vero ad 1600. ſcudata partim aſcendunt. Cathedralis, extra civitatem, conſecrata Deiparæ Annuntiatæ, habet Canonicos 23. inter quos 5. ſunt Prælati; in ſex Parochias Civitas diſtincta eſt; tria virorum Monaſteria, & 4. Xenodochia notantur. Diæceſis continet Oppida 9. pagos 2.

### §. 3. *De Archi-Epiſcopatu Surrentino, & 3. Suffraganeis, Aquenſi, Lubrenſi, Stabienſi, ſeu Caſtelli Maris.*

Surrentum,in amæniſſimo Tyrrhæni Maris littore, ad ſinum Crateris, inter Oſtia Sarni fluminis,à Campanis Separantis,& Athæneum promontorium ſituata eſt, diſtat Neapoli 24. milliaribus. Joannes XIII. anno 968. Metropolim hìc erexit; Metropolitana Sacrata, Divis Philippo, & Jacobo, 5. Dignitates, & 12. Canonicatus habet; duo Monialium, & 9. Religioſorum adſunt Monaſteria in Civitate, uti & Hoſpitale; Mons Pietatis, & Seminarium. Taxa Menſæ Archi-Epiſcopalis in Libris Cameræ Apoſtolicæ florenorum 50.

Vici Aquii Bonifacius VIII. Epiſcopalem Dignitatem inſtituit; cujus Cathedralis habet Archidiaconum, & 7. Canonicos, dicata eſt SS. Cyro, & Joanni. In Civitate unum eſt Cœnobium Olivetanæ Congregationis, extra vero plura Monaſteria reperiuntur; Diæceſis circumſcribitur 14.

Parochiis. Taxatur Epiſcopatus in Libris Cameræ Apoſtolicæ florenis 99.

Maſſa Lubrum, diſtat Surrento quinque milliaribus, in eminenti loco à natura munitiſſimo ad Maris Littus ſituata, ut à duabus ejuſdem nominis Italiæ Civitatibus diſcerneretur, Lubrenſis apellatur. Cathedralis B. Virgini ſacra habet Archidiaconum, Primicerium; Cantorem, & 12. Canonicos. Diæceſis continet 9. Parochias, tria Religioſorum Cœnobia, nobile Societatis Jeſu Collegium, Septum Monialium. Epiſcopalis menſæ fructus eſt 700. Ducatorum: taxa vero in Libris Cameræ Apoſtolicæ eſt florenorum 33.

Caſtellum Maris: (*vulgò Caſtell' à Mare:*) Urbs eſt Campaniæ felicis, quæ ad oſtium Sarni, juxta mare occurrit, *Stabienſe* cognominatum; quod propinquo, aut forte eodem loco, ubi *antiquæ Stabiæ* ſitæ fuerant, ſex Surrento, & 18. Neapoli diſtat milliaribus. Cathedralis B. Virgini Sacrata floret 5. Dignitatibus, & Canonicatibus 12. Quinque Parochiæ ibi ſunt, 8. Virorum, & 2. Monialium Cœnobia, Xenodochium, Societatis Jeſu Collegium; ultra Civitatem, & Suburbia, nulla eſt diæceſis. Taxatur in Libris Cameræ florenis 60. Nongenta prope ſcudata illarum partium annuum cenſum conſtituunt. Carolus V. hanc Civitatem dedit Octavio Farneſio, Parmæ Duci.

## §. 4. *De Archi-Epiſcopatu Theatino, & Ortonenſi, Suffraganeo.*

Theatinus Archi-Epiſcopus unicum habet Suffraganeum Ortonæ. Clemens VII. anno 1527. Ec-

Eccleſiam Theatinam Metropolim declaravit. Archi-Epiſcopalis menſæ annuus cenſus eſt Ducatorum 1250. Taxatur in Libris Cameræ Apoſtolicæ florenis 500. in Metropolitana dicata Divis Thomæ Apoſtolo, & Juſtino Epiſcopo, Urbis Patronis, deſerviunt Archidiaconus, 14. Canonici, & 20. Hebdomadarii. Ultra Metropolitanam tres ſunt hìc Parochiæ, Societatis Jeſu Collegium, & Eccleſiæ variorum Ordinum. B. Camillus de Lellis, inſtitutor Clericorum Regularium miniſtrantium infirmis, ſuum initium hìc ſumpſit anno 1605. ubi Eccleſia SS. Annuntiatæ conſtructa eſt. Diæceſis complectitur 80. Caſtella. Plurimæ Abbatiæ ſunt in hac Diæceſi, S. Clementis de Peſcara; S. Joannis in Venere, Benedictinorum: S. Mariæ de Arabona, Ciſtercienſium, quæ à S. Sede commendantur. V. *Hjeronymus Nicolinus* in hiſtor. Theat. Civit.

Ortona à Mari, Civitas Aprutii, inter Aternum, & Saræ flumina æque diſtat. Clemens VIII. Epiſcopatum *Camplenſem* erexit, & Ortonenſi conjunxit, quarum Eccleſiarum Epiſcopalis menſæ annuus cenſus eſt Ducatorum Regni 1000. Taxatur in Libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 140. Cathedratis S. Thomæ Apoſtolo dicata, habet Primicerium, & 11. Canonicos, 6. virorum Monaſteria, & unum Monialium intra Civitatem exiſtunt. Diæceſis conſiſtit in 4. Caſtris, & aliquot Villis.

### §. 5. *De Archi-Epiſcopatu Anſanenſi, ſeu Lancianenſi; ſine Suffraganeis.*

Pius IV. P. M. Anſanum, ad inſtantiam

Philippi II. Hiſpaniarûm Regis, Archi-Epiſcopali dignitate cohoneſtavit; Metropolitana habet Archipresbyterum, Primicerium, & 14. Canonicos, & alios Clericos. Ultra Metropolitanam ſunt in Civitate 8. Parochiæ, 6. Virorum Cœnobia, unum Monialium. Archi-Epiſcopalis menſæ annuus cenſus eſt aureorum 1000. taxa illius eſt in Libris Cameræ Apoſtolicæ florenorum 200. Diæceſis 4. Oppidis, & 3. Villis conſtat. Ob dubium, quod habuit Sacerdos Ordinis D. Baſilii, an in Hoſtia, & Vino conſecratis; caro & Sanguis Chriſti verè contineatur! mirabili modo illa in hoc viſibiliter converſa ſunt; unde ad futuram rei memoriam hujuſmodi Hiſtoria depicta cernitur in Sacrario, ubi adhuc aſſervantur ſpecies in Carnem, & Sanguinem converſæ.

§. 6. *De Archi-Epiſcopatu Compſano, & 4. Suffrag. S. Angeli de Lombardis, Laquedonenſi, Murano, Satrianenſi, ſeu Campanienſi.*

Compſa, antiquiſſima Hirpinorum Civitas, ad Aufidium amné, haud procul à fontibus ejus ſituata eſt. Gregor. VII. Archi-Epiſcopalem Dignitatem hic introduxit. Metropolitana B. Virgini dicata habet Archidiaconum, Cantorem, Primicerium, 8. Canonicos, & alios Clericos. Diæceſis continet Oppida 24. Archi-Epiſcopus, ordinariè reſidere ſolet in Oppido Mennæ, ubi Seminarium Alumnorum eſt. Menſæ Archi-Epiſcopalis annuus cenſus eſt aureorum 3500. taxatur in Libris Cameræ florenis 200.

S. Angeli de Lombardis Civitas ab Adriatico Mari 30. milliaribus diſtans, familiæ Ludoviſiæ, Mar-

Marchionatûs titulo decorata eſt. Cathedralis S. Antonino Sacra habet Archidiaconum, Cantorem, Archipresbyterum, & 9. Canonicos. Duæ aliæ ſunt Parochiæ in Civitate, & unum Regularium Monaſterium. Clemens VII. *Biſacienſem* Epiſcopatum cum hoc conjunxit; quarum Eccleſiarum cenſus eſt ſcudatorum 1200. taxa vero in Libris Cameræ Apoſtolicæ eſt florenorum 130.

Laquedonia, quam vulgus (*Cedognam*) apellat, & quondam Aquilonia fuit dicta, habet Cathedralem B. Virgini Sacram, in qua ſunt 5. Dignitates, & 7. Canonici. Diæceſis unico Oppido conſtat Bocchettæ. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt 700. ſcudatorum; Taxa in Libris Cameræ floren. 100.

Muri in Monte Baſilicatæ Provinciæ ſitus eſt, habet Cathedralem cum 11. Canonicis, inter quos 5. Dignitate eminent, & ſunt Archidiaconus, Archipresbyter, Cantor, Theſaurarius, & Primicerius. Adeſt Seminarium, Hoſpitale, unum Monialium, & duo Religioſorum Cœnobia. Diæceſis Oppida 8. continet. Menſæ Epiſcopalis cenſus eſt 1200. Ducatorum; Taxa eſt in Libris Cameræ florenorum 37.

In Provincia Principatûs Citra, Mediterranea Civitas eſt Satrianenſis, cujus Cathedralis jura anno 1525. translata fuerunt in Civitatem Campanienſem, manente ſolum Archidiaconi Satrianenſis titulo, qui reſidet in Oppido Caggiani, nam præbenda unitæ fuerunt Menſæ Epiſcopali. Diæceſis Satrianenſis 4. conſtat Oppidis, & 6. Parochiis.

§. 7. *De Archi-Epiſcopatu Acheruntino*, Ital. Cirenza, *& Materano, ac* 5. *Suffraganeis, Anglonenſi, Gravinenſi, Potentino, Tricarienſi, & Venuſienſi*.

Acheruntia, Civitas eſt Baſilicatæ, ex eminentiori Appennini colle, utrumque mare proſpectante. Nicolaus II. hic Archi-Epiſcopalem Dignitatem introduxit: Materana poſtmodum adjuncta fuit Eccleſia; unde, *Archeruntinus*, & *Materanus*, Archi-Epiſcopus denominatur. Metropolitana *D. Canoni* Sacra, habet Archidiaconum, Cantorem, & 12. Canonicos; Diæceſis Oppida 10. Matera, Apuliæ Peucetiæ magna Civitas, 40. milliaribus Acheruntiâ diſſita, in ſinu Tarantino; Metropolitana habet Decanum, Archipresbyterum, & 25. alios Canonicos. Varia ſunt Monaſteria in hac Civitate, Archi-Epiſcopatus taxatur in Libris Cameræ florenis 400. Utraque pro Eccleſia; & eſt ad prçſentationem Regiam, ex indulto Clementis VII. aliàs Menſæ Acheruntinæ cenſus 3000. ſcudatorum, & 300. eſt Materanæ.

Anglonæ, in Baſilicata, ſuper aprici collis planitie poſitæ Cathedralis, 8. Auguſti anno 1546. à Paulo III. P. M. Turſium, Anglonenſis Diæceſis Oppidum, Ducatûs familiæ Doriæ, translata fuit; Cathedralis Deiparæ Sacra, 3. habet Dignitates, & 10. Canonicos. Adeſt, & altera Collegiata S. Mariæ Majoris, cum Prçpoſito, & 10. Canonicis. Tertia Eccleſia, eſt ſimplex Parochialis, ſunt tamen in ea 10. Presbyteri, qui in ea ſerviunt adinſtar Collegiatæ. Menſæ Epiſcopalis cen-

cenſus creditur eſſe Ducatorum 3000. Taxatur in Libris Cameræ Apoſtolicæ florenis 100. Diœceſis continet Oppida 24.& 3. nobiles Abbatias.

In Provincia terræ Barii non procul à Monte Peloſo, fortiſſima murorum ambitu, pulchraque Gravina, eſt *Urſinorum Ducum Sedes nobiliſſima*, aëris temperie, populorum frequentiâ, agrique fœcunditate celebris. Cathedralis dicata B.Virgini Aſſumptæ, habet Archidiaconum, Archipresbyterum, Cantorem, & Primicerium cum 20. Canonicis, Capellanis 12. aliiſque minoris Cleri Ordinibus. Alumni in Seminario 12. ſunt; animarum cura in Cathedrali, & aliis quinque Eccleſiis per Sacerdotes amovibiles exercetur. Adeſt, & alia Eccleſia Collegiata S.Nicolao dicata, ubi cœteri Civitatis Clerici inſerviunt. Virorum Monaſteria 5. Monialium 3. numerantur, laicorum Confraternitates 5. cum uno Xenodochio; Epiſcopalis Juriſdictio, ultra muros Civitatis non extenditur. Cenſus Epiſcopalis menſæ eſt 1200. ſcudatorum. Taxa in Libris Cameræ Apoſtolicæ notatur floren. 100.

Potentia, antiqua Lucaniæ Civitas, inter Salernum, & Tarentum ſita, diſtat ab Acheruntina Metropoli 18. milliaribus; Cathedralis D.Gerardo, Urbis Epiſcopo, & Tutelari Sacrata habet Archidiaconum, Archipresbyterum, Cantorem, 9. Canonicos, & 25. Capellanos. In Civitate duæ aliæ habentur Parochiales, Monaſteria virorum 7. Monialium unum, Confraternitates laicorum 8. in Diœceſi Parochiales Eccleſiæ 8. ſunt, Collegiata una, virorum Cœnobia 5.

Tricaricum, Baſilicatæ Civitas eſt ad radices Appennini Montis poſita, inter duo flumina, Obli-

vioſum, & Vaſenſum. Epiſcopatus (: *teſte Luitprando*:) anno 869. fundatus, cenſum dat Epiſcopo ſcudatorum 2000. taxatur vero in Libris Cameræ Apoſtolicæ florenis 300. in Cathedrali Deiparæ Sacra Archidiaconus eſt, & Cantor, cum 11. Canonicis. Refert etiam *Ughellus* tom. 8. fol. 192. Oſſa S. Antonii Abbatis, ad ſtuporem miraculoſo ſplendore fulgentia hic requieſcere. Ultra Cathedralem 5. adſunt Parochiales, virorum Cœnobia 3. Monialium unum. In tota Diœceſi continentur Parochiales, & Archipresbyterales Eccleſiæ 21. Virorum Cœnobia 4. Abbatiæ Commendari ſolitæ duæ, una titulo S. Mariæ de Priato, altera S. Mariæ de Padia, ſive de Scanzana, quæ grangia eſt Cœnobii S. Eliæ de Carbona, Ordinis S. Baſilii.

Venuſium, (*Venoſa*) in Baſilicata, apud Aufidum fluvium, inter Melphim, Acheruntiamque Metropolim ſita, Neapoli diſtat 95. milliaribus. Cathedralis S. Andreæ Sacra, habet Archidiaconum. Archipresbyterum, Cantorem, Primicerium, 24. Canonicos. Sex in Civitate ſunt Parochiales Eccleſiæ, Virorum 5. Monaſteria, Monialium duo. Celebris hic eſt Commenda, Ordinis S. Joannis Hjeroſolymitani reddens 6000. aureos annuos. Diœceſis continet 3. Oppida, in quibus reperitur Collegiata, cum nonnullis Monaſteriis Regularium, utriuſque ſexûs. Menſę Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum 1600. Taxatur in Libris Camerę floren. 200.

De

§. 8. *De Archi-Epiſcopatu Amalphitano*, Amalfi, *&* *Suffraganeis* 4. *Capretanenſi*, *Litterenſi*, *Minorenſi*, *&* *Scalenſi*.

Amalphia, Picentinorum, Ducatûſque Amalphitani Metropolis, 30. milliaribus Neapoli diſtat, ſita eſt juxta Thyrhenum mare, in valle Scalæ Urbis, montibuſque contigua. Metropolitana D. Andreæ dicata eſt, ex cujus ſacratis oſſibus perennis liquor miraculosè emanat; in ea 16. ſunt Canonici, inter quos Archidiaconus, & Cantor Prçlati mitrati ſunt. Seminarium Clericorum, & 2. Regularium Monaſteria in Civitate ſunt. In tota Diœceſi numerantur Parochiales Eccleſiç 42. menſç Archi-Epiſcopalis annuus cenſus aſcendit ad ſcudata 1500. taxa autem in Libris Camerç eſt florenorum 150. Metropolis facta fuit anno 982. Hìc inventus fuit Magnetis ad navigandum uſus, per Joannem Gojam. V. *Chiocarell.*

Capreç Civitas (*Capri*) ſita eſt in cognomine Inſula provinciç Principatus Citerioris, in Mari Thyrheno, Tiberii Auguſti ſeceſſu, & flagitiis infami, & ob coturnicum multitudinem, quæ ibi capiuntur notiſſima. Joannes XV. anno 987. Epiſcopatum inſtituit, nec Diœceſis juriſdictionem ultra illam inſulam extendere voluit. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt, ſumma ſcudatorum 300. quæ ferè colliguntur ex coturnicum captu. Taxatur in lib. Camerç florenis 40. Cathedralis D. Conſtantino Epiſcopo ſacrata habet Archidiaconum, & 10. Canonicos; tria in inſula numerantur Cœnobia, quorum unum habent Chartuſiani.

Litterenſis (*Lettre*) Civitas mediterranea in finibus terrę Laboris ſita eſt. Cathedralis B. Virgini Aſſumptę ſacra habet Canonicos 11. inter quos Archidiaconus, Primicerius, Cantor, & Theſaurarius. In Civitate ſunt aliæ Parochiales 9. duo Monialium Cœnobia; Diœceſis 2. Oppida complectitur, in quibus multę ſunt Parochiales Eccleſiæ, & Monaſteria.

Minor, (*Minore*) parva littoralis eſt Maris Thyrheni in Picentinis Civitas, Cathedralis S. Triphomeni V. & M. Sacra eſt; in qua Archidiaconus, Cantor, Primicerius, Archipresbyter, & Decanus, ſine Canonicis; adſunt tamen 15. Presbyteri Officium Divinum cantantes. Tres Parochiales ſunt in Civitate. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum 600. taxatur in Libris Cameræ florenis 33.

Clemens VIII. Scalenſem Eccleſiam cum Ravellenſi conjunxit; taxatur in Libris Cameræ florenis 190. Cathedralis 5. Prælatos habet, ſed nullos Canonicos, quorum loco ſerviunt 12. Presbyteri.

### §. 9. *De Archi-Epiſcopatu Salernitano & 8. Suffraganeis, Acernenſi, Campanienſi, Caputaquenſi, Marſicana, Nucerienſi, Nuſcano, Policaſtrenſi, & Sarnenſi.*

Inter Minervæ Promontorium, ac Silarim amnem ad Montis Boni radices ſita eſt Salerni Civitas, Scholâ Medicinæ, & Univerſitate ſtudiorum illuſtris. Benedictus VII. anno 984. illam Archi-Epiſcopali dignitate exornavit. Metropolitana D. Mathæo Sacra habet 24. Canonicos, quorum

qui-

quivis centum aureos annuatim percipit. Canonici omnes cum 4. Prælatis utuntur mitris ex Serico, ex vetuſta conſuetudine à Lucio III. P. M. confirmata. Adeſt Seminarium 24. Alumnorum; Eccleſiæ 16. Parochiales in Civitate numerantur, 24. Monaſteria Religioſorum, 3. Monialium, Xenodochia 8. pro infirmis, projectis, & pauperibus. In tota Diœceſi, comprehensâ etiam Civitate, continentur Parochiales Eccleſiæ 150. Commenda 1. Abbatiæ Conſiſtoriales in Commendam dari ſolitæ 7. 6000. aureorum, Cenſum annuum conſtituunt; taxatur autem in Libris Cameræ florenis 1550.

Acernum, ad Silarum amnem, Cathedralem habet dicatam B. V. in qua 4. Prælati ſunt, Canonicorum autem incertus eſt numerus, ſed in Canonicum recipitur, quiſquis ex eadem Civitate Presbyter ordinatur. Singulorum Canonicorum maſſa communis 25. ducatos Regni non excedit. Unum Monaſterium in Civitate eſt. Diæceſis dividitur in 3. partes. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt 900. ducatorum; taxatur in Libris Cameræ floren. 70.

Campaniæ Civitas (*Campagna*) Marchionatûs titulo Illuſtris, inter altiſſimos Montes, non procul ab Ebulo, nobili Campaniæ Oppido, ſituata eſt. Clemens VII. 19. Julii anno 1525. Oppidum in Civitatem, Collegiatam S. Mariæ de Pace, in Cathedralem erexit, in qua ſunt 2. Prælati, & 17. Canonici: quibus accedunt Clerici Præbendati 10., & 4. Portionarii. In Civitate 3. aliæ ſunt Parochiales, 6. Religioſorum Monaſteria, duæ Abbatiæ Benedictinorum. Diæceſis nulla eſt. Taxatur in Libris Cameræ florenis 33. $\frac{1}{3}$ quamvis il-

lius cenſus dicatur eſſe aureorum 1200.

Caputaquenſis Civitas ( *Capaccio* ) ex ruinis Pœſti Veteris Civitatis condita, Cathedralem B. Virgini Sacram habet, in qua Archidiaconus, Decanus, Primicerius, Cantor, & 2. Canonici, omnes una cum Epiſcopo à reſidentia exempti, ob Cœli inclementiam; tenentur tamen Epiſcopus, & Canonici in ſecundo die Paſchatis Reſurrectionis, & in Feſto Aſſumptionis Deiparæ, Cathedralem adire, Miſſamque, & Veſperas ſolemniter celebrare, Epiſcopus degit in Oppido Diani, ubi Seminarium eſt 20. Alumnornm, Prælati autem, & Canonici, animarum curam hinc inde exercent. Diœceſis continet 140. pagos. In qualibet autem Eccleſia receptiva, filii Parochiæ ad ſervitium illius recipiuntur, & ſic accepti æqualiter participant de maſſa communi. Diœceſis plena eſt Monaſteriis, & Abbatiis. Taxa Epiſcopatûs eſt 600. florenorum in Libris Cameræ.

Marſicum 57. milliaribus diſtat â Salernitana Metropoli, cujus Epiſcopatui adjunctus *Grumenſis*; ſex in Civitate ſunt Monaſteria, & una Abbatia S. Benedicti. In diœceſi ſunt Parochiales Eccleſiæ 12. quibus inſerviunt Presbyteri 230. virorum Cœnobia 10. Monialium 5. hoſpitalia ſex; duę Conſiſtoriales Abbatiæ, S. Januarii, Capella Præſepii, & altera S. Joannis de Terra Moliterni. Taxatur in libris Cameræ florenis 60. Valor autem poſſet eſſe ducatorum 1400.

Nuceria Paganorum, ad lyrim fluvium, nomen traxit à Sarracenis Paganis, olim ibi habitantibus, Cathedralem habet S. Priſco dicatam, in qua ſunt 8. Canonici, & 3. Prælati. Civitas mœnibus caret, & diœceſis unum tantum habet Oppidum

pidum; taxatur in Libris Cameræ florenis 150. annuus autem cenſus poſſet eſſe ducatorum Regni 1300.

Nuſcum, Hirpinorum Civitas, inter Calorem, & Sabathum, flumina, ſituata eſt intra montes Benevento 30. milliaribus diſtans. Cathedralis S. Amato ſacra 12. habet Canonicos, & quatuor Prælatos. Diœceſis Nuſcana anguſta, duas habet Collegiatas, alteram in Oppido Balneoli, titulo Ducatûs Stroziæ, familiæ Florentinæ nobiliſſimæ; alteram in Caſſani, utraque 10. habet Canonicos. In tota Diœceſi ſunt beneficia ſimplicia 15. virorum Cœnobia 5. unum Monachorum Montis viridis; hoſpitalia intra Civitatem, & diœceſim 4. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt 800. ducatorum. Taxatur in libris Cameræ flor. 50.

Policaſtrenſis Epiſcopatûs taxa eſt in libris Cameræ Apoſtolicæ florenorum 84. licet ejus valor poſſit eſſe 300. ducatorum; hanc Civitatem Ferdinandus II. Rex, Caraffæ de Spina contulit. Cathedralis B.V. Aſſumptæ ſacra habet Archidiaconum, Cantorem, & 10. Canonicos. Diœceſis continet 24. oppida, quæ omnes Parochiales Eccleſias habent, cum 200. Presbyteris, & Clericis, qui ibi recipiuntur, aut ut oriundi, aut ut diœceſani: duæ notantur Abbatiæ in hac Diœceſi, quarum una, unita eſt Capitulo Vaticanæ; altera, S. Mariæ Majoris de Urbe Baſilicis, & vocantur Sancti Nicolai de Boſco, & Sancti Joannis ad Pinam. Quatuor Monaſteria Regularium ſunt in diœceſi.

Sarni Civitas ad radices montis poſita eſt, ubi Sarnus fluvius fluit. Cathedralis B. Michaëli ſacra habet Primicerium, Archidiaconum, Cantorem, Archi-

Archipresbyterum, & 8. Canonicos; adeſt & Collegiata S. Matthæi cum 8. Canonicis: videntur quatuor Monaſteria virorum, unum Monialium, Xenodochia duo, totidem Montes pietatis; Diœceſis tria oppida habet, & unum Caſtrum; Taxatur in libris Cameræ florenis 66. cenſus autem annuus Menſæ Epiſcopalis poſſet eſſe Ducatorum 1300.

§. 10. *De Archi-Epiſcopatu Barenſi, & 9. ſuffraganeis, Bitectenſi, Bituntino, Catharenſi, Converſano, & Cuperſano, Juvenacenſi, Lavellino, Minerbienſi, Polymnianenſi, & Rubenſi.*

Barium, maritima eſt Apuliæ Peucetiæ Civitas, cujus Metropolitana ſacrata eſt Deiparæ Virgini, in qua ſunt Archidiaconus, Archipresbyter, & 40. Canonici: quorum ſingulorum redditus 40. aureos annuos non excedunt. Sed omnium hujus Civitatis Eccleſiarum longe celeberrima eſt S. Nicolai, maxima parte ſacrorum ejus oſſium prædives, unde liquor humanis corporibus ſalutaris manat; ad quod videndum, & venerandum peregrini confluunt, ex remotiſſimis etiam regionibus: tranſlata autem fuerunt S. Confeſſoris Liſpana ex Myra, Civitate Lyciæ, ubi Epiſcopus fuerat, ad Barenſem Civitatem, anno 1087. ut vult *Sigibertus*; de liquore ex ſacris oſſibus jugiter manante, vetera etiam teſtimonia extant, & imprimis *Emanuelis Imperatoris in Conſtitutione Novell. de feriis*, ubi Nicolaum miraculis inſignem, unguentorum fragrantia ſcatentem appellat: hic ſunt 40.

Ca-

Canonici cum Priore, & alii Presbyteri, & Clerici. In Civitate ſex mendicantium ſunt Cœnobia, Collegium Societatis Jeſu, Monaſterium Cœleſtinorum, Monialiumque quatuor ſepta. Diœceſis habet oppida 23., & totidem Parochiales Eccleſias. Taxatur in Libris Cameræ florenis 1666.

Bitectum, Civitas in Ducatu Barenſi eſt, familiæ Aquavivorum, Cathedralis S. Michaëli ſacra 14. Canonicatus, & 4. Dignitates habet. Diœceſis nulla eſt, taxatur in libris Cameræ Apoſtolicæ florenis 13 $\frac{1}{1}$. annuus autem cenſus poſſet eſſe ſcudatorum 900.

Bitunti Epiſcopatus taxatur in libris Cameræ florenis 266. Annuus autem cenſus Epiſcopalis eſt Ducatorum 2500. Hæc Civitas Regi Neapolitano immediatè ſubjecta, dives opum, frumenti, vini, olei, amygdalarum, & citrorum feraciſſima, undè Botontum, quaſi bonum totum dicitur. Cathedralis in medio foro ſita, Patronum habet S. Vincentium, 30. habet Canonicos, inter quos 3. dignitate eminent; ſunt & alii 150. Presbyteri, participantes in maſſa communi, & accipientes diurnos Carlinos pro ſtipendio miſſarum: maſſa capitularis eſt 3000. aureorum. Adſunt quatuor Parochiales Eccleſiæ, quinque mendicantium, unum Olivetanorum, & Monialium 2. Monaſteria. Nec deeſt Mons pietatis, nec Hoſpitale. Diœceceſis, extra Civitatis mœnia, nulla eſt; ager enim Bituntinus more Provinciæ nullos habet incolas.

Catharum, maritima Dalmatiæ Urbs munitiſſima, ſub ditione Venetorum, cum portu tutiſſimo, & arce; Turcarum faucibus oppoſita, olim Raguſino,

ſino, poſtmodum Antibarenſi, nunc Barenſi ſuffraganea, Cathedralem habet S. Tryphoni M. ſacram, in qua 2. Prælati, & 12. ſunt Canonici. Una eſt Collegiata in Civitate, & quatuor adſunt Monaſteria virorum, duo Monialium, & totidem Xenodochia. Taxatur in libris Cameræ florenis 33$\frac{1}{3}$. In Civitate, Miſſæ ritu latino celebrantur, ſed diebus feſtivis adhibetur interpretatio Epiſtolæ, & Evangelii in lingua Illyrica, quæ interpretatio ſit alta voce.

Cuperſanum, ſeu Converſanum, vulgò *Converſano*, Comitatûs Aquavivorum, à Civitate Barenſi 20. diſtat milliaribus. Cathedralis B. Virgini ſacra 12. habet Canonicos, 4. Prælatos, in Civitate, & ſuburbiis 3. ſunt virorum cœnobia, & unum Monialium Ordinis Ciſtercienſis, quorum unum in tota Italia ditiſſimum eſt, & à Juriſdictione Ordinarii exemptum; Abbatiſſa, quæ uſum Baculi Abbatialis habet in eodem Monaſterio, ac in Oppido Caſtellanæ ſuæ diœceſis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem per ſuos Vicarios in Clericis, & Laicis tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus exercet, ac beneficia omnia confert. Ita in terminis *Ughellus* tom. 8. Italię ſacrę fol. 950. & illius etiam Monaſterii meminit *Lambertinus* tract. de jure patron. in 5. art. 5. Diœceſis duobus Oppidis conſtat, in quorum uno Nuſii Collegiata eſt 21. Canonicorum. Menſę Epiſcopali annuus cenſus eſt ducatorum Regni. Taxatur in lib. Cam. florenis 53.

Invenacia 12. milliaribus à Barenſi Civitate diſtat, agro pingui; frumenti, vini, oleorum, & amygdalarum fœcundiſſimo. Cathedralis Beatę Virgini, & S. Thomę dicata 19. Canonicos habet

inter

inter quos 4. Dignitate eminent. In Civitate, & ſuburbiis 8. ſunt Parochiales Eccleſię, duo virorum, & totidem Monialium Cœnobia. Diœceſis uno Oppido contenta, Terlicio nuncupato, ubi ſacra Archipresbyter adminiſtrat. Epiſcopatus eſt ad Regiam preſentationem, taxatur in libris Camerę floren. 36.

Lavelli Cathedralis B. Mauro ſacra, comprehendit 4. Prelatos, Dignitates, nuncupatos, 12. Canonicos, & alios Presbyteros, & Clericos. In Civitate habitant Capuccini, & Franciſcani. Diœceſis nulla eſt, nec muros Civitatis excedit. Taxatur in libris Camerę florenis 70. annuus vero cenſus eſt Ducatorum Regni 600.

Minervia, in ſaxoſo colle poſita, 12. milliaribus, à mari diſtat; Cathedralis Deiparę ſacra habet Archidiaconum, Archipresbyterum, Primirium, Cantorem, & 10. Canonicos. Duo Religioſorum Cœnobia in Civitate ſunt, unum Monialium, & Xenodochium. Civitas, Dominam recognoſcit Pignatellorum familiam, Principatûs titulo Illuſtris. Diœceſis unicum Oppidum Montis Milonis habet Baronię titulo Illuſtre, & nonnullos pagos, quibus omnibus Oppidi illius Archipresbyter ſacra miniſtrat. Menſę Epiſcopalis cenſus ſcudatorum eſt 600. taxatur in libris Camerę florenis 40.

Polymnianum, littoralis Apuliæ Civitas, viginti milliaribus à Barenſi diſtat Civitate; ager vini, olei, & amygdalarum ferax, littus piſcoſum, & amygdalarum nemora non ſine admiratione adventantium ſpectantur. Cathedralis Deiparæ Virgini ſacra conſtat Archidiacono, Archipresbytero, Primiceriis duobus, & 15. aliis Canonicis. Intra

Urbem

Urbem eſt Monaſterium Monialium Ordinis Ciſtercienſis,& extra Abbatia S.Viti,quam Sixtus V. univit Monaſterio Baſilicæ XII. Apoſtolorum de Urbe Conventualium.Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ſcudatorum 800. Taxa in libris Cameræ eſt flor.50½

Rubum(*Ruvo*) Cathedralem habet B.Virgini ſacram, in qua ſunt Archidiaconus, Archipresbyter, duo Primicerii, ſed nulli Canonici, potius alii Presbyteri, qui diſtributiones percipiunt ex maſſa communi.Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ſcudator. 700. taxatur in libris Cameræ florenis 33⅓.

### §. II. *De Archi-Epiſcopatu Nazaræno, & unitis Epiſcopat. Cannarum, & Montis viridis.*

Occupatâ Turcarum armis Palæſtinâ anno 2190. ac proindè Civitate Nazareth, & Archi-Epiſcopali ejus Sede in captivitatem redactâ, profugo Archi-Epiſcopo, Barulum, Tranenſis Diœceſis, Sedes aſſignata fuit, & Cathedralis anno 1456. & Montis viridis anno 1534. Epiſcopatus ibi uniti fuerunt ex privilegio Clemenlis IV. quod confirmavit Pius V. P. M. auctoritatem habet deferendi Crucem, Pallium, & Mozzettam non ſolum in Baruli Oppido, verum & per univerſum Orbem, ut hac honoris ſpecie Civitas illa decoraretur,unde Unigenitus Dei Filius natalem ſuum ſortiri dignatus eſt diem; Fructus menſæ Archi-Epiſcopalis aſcendunt ad 1400. ſcudata;taxa autem eſt in libris Cameræ florenorum 80. Diœceſis Nazaræna, intercisa membra habet, & Beneficia ſimplicia,

plicia, quæ Granciæ appellantur, quales ſunt 3. Eccleſiæ in Terra Borii, Acheruntinæ, una in Civitate Potentiæ, duæ in terra Vadulæ Caputaquenſis, alia in terra Saponariæ Marſicanenſis, Diœceſium, & alia ejuſmodi. Metropolitana anno 1568. S. Bartholomæo dicata Pii V. auctoritate intra Oppidum ædificata fuit, in qua miniſtrant Canonici, quorum nulla fundatio, nec numerus, ſed ab Archi-Epiſcopo nominatur inter quosdignitate eminent, Archidiaconus, Archipresbyter, Theſaurarius, & Cantor.

§. 12. *De Archi-Epiſcopatu Sipontino, & Suffraganeo Veſtano,* Vieſte.

Manfredonia, ſeu novum Sipontum, à Manfredo Rege anno 1256. ad ſeptentrionale Gargani montis latus, ſaxoſo ln littore maris ædificata Metropolitanam habet S. Laurentio dicatam, in qua ſunt Canonici 16. inter quos 4. Dignitate eminent. In Civitate unum Cœleſtinorum, & 4. Mendicantium, & 2. Monialium reperiuntur Cœnobia, uti & Hoſpitale; Archi-Epiſcopatus taxatur in libris Cameræ florenis 528. annuus autem cenſus eſt 2500. ſcudatorum. Epiſcopatus 10. oppida continet, in quibus tres Abbatiæ commendari ſolitæ, S. Leonardi, Ordinis Militar. annui redditûs .... aureorum. S. Mariæ de Bulſano. S. Benedicti, & S. Joannis in Lamis Ord. Ciſterc. & varia alia Monaſteria. In ſummitate Gargani montis, ſexto à Manfredonia milliario poſitum eſt Oppidum S. Angeli, ejuſdem Diœceſis, qui locus S. Michaëelis Archangeli apparitioni conſecratus, totumque per orbem miraculi causâ celebratus,

quem

quem locum Leo IX. natione Germanus ann. 1049 viſitavit, in illa Eccleſia ſerviunt 16. Canonici, Garganici nuncupati, inter quos Dignitate 4. eminent. Videat. Mea German. Purpur., l. 1. ad Vitas Summorum Pontificum Germanicæ Nation.

Veſta, ſeu Veſtix, vulgò Beſtix, littoralis & Regia Apuliæ Civitas ad Gargani montis radices ex parte Orientis poſita; Cathedralis B. V. ſacra 16. habet Canonicos, inter qnos 4. Dignitate eminent. Taxatur in libris Cameræ floren. 166.

## §. 13. *De Archi-Epiſcopatu Tranenſi, & 2. ſuffraganeis.*

Tranum, maritima Civitas, Metropolitanam habet 24. Canonicorum, inter quos 5. ſunt Dignitates. Annuum cenſum Archiepiſcopalis menſæ conſtituunt Ducati Regni 1500. Taxatur in libris Cameræ floren. 1030. In Civitate Tranenſi ſex Monialium, & totidem virorum reperiuntur Cœnobia, 3. Xenodochia. Diœceſis 3. habet Oppida Barulum, Curatum, & villam S. Trinitatis, Prioratûs Hieroſolymitani. Eſt ad Regiam præſentationem Archi-Epiſcopatus.

### Sectio 1. *De Epiſcopatu Andrienſi.* Ital. Andri.

Andria, intra Tranum, & Rubum media, octo milliaribus à mari diſtat. Cathedralis ſacra eſt D. Virgini, & S. Andreæ. in ea nulli ſunt Canonici, ſed aliqui ſimplices Presbyteri, ſine præbendis; ad ſunt tamen quatuor Dignitates. Taxa eſt in libris Cameræ florenorum 116.

Sectio II. *De Epiſcopatu Viglienſi*, Biſegli.

Vigiliæ, altiſſimis rupibus impoſitæ, à vigiliis militum oræ maritimæ deputatorum nomen traxerunt. In Cathedrali 7. ſunt Dignitates, 9. Canonicatus, adeſt Seminarium, 5. virorum, & 3. Monialium Cœnobia numerantur. Annuus cenſus menſæ Epiſcopalis eſt 1200. Ducatorum: taxatur in libris Cameræ florenis 76.

§. 14. *De Archi-Epiſcopatu Beneventano, & 20. Suffraganeis.*

Inter Sabati, Caloriſque Flumina, in antiquo Samnio, miti colle jacet Beneventum. Archi-Epiſcopus hujus Sedis, ejuſque Vicarius Generalis, eſt Judex Ordinarius Apellationum in cauſis Civilibus, & Criminalibus (: dummodò non veniant delinquentes puniendi pœnâ corporis afflictivâ: ) a laicis Judicibus in eadem Civitate provocantium, ex gratia Summorum Pontificum Innoc. VII. Pauli III. & Pii IV. Menſæ Archi-Epiſcopalis cenſus eſt 6000. ſcudatorum; taxatur in libris Cameræ Apoſtolicæ ad Florenos 750. Metropolitana B. Virgini Aſſumptæ ſacra: habebat portam Sanctam adinſtar 4. principum Urbis Eccleſiarum; quæ vulgò Porta Principum dicebatur; celebrabatur in hac Urbe S. Jubilæi annus per 6. menſes vigeſimo quinto anno, cum indulgentiis plenariis, & poteſtate abſolvendi à caſibus reſervatis. Canonici 27. in eadem Eccleſia, Abbatum titulum ex Honorii III. & Gregorii VIII. privilegio obtinentes: Habitu utuntur adinſtar Canoni-

corum Vaticanæ Baſilicæ, ex indulto Pauli V. cum 16. Manſionariis: & uſum mitræ, aliorumque Sacrorum paramentorum, & Abbatum Infulatorum inſtar, in ipſa Metropolitana, totaque Diœceſi habent ex conceſſione Regnantis Clementis PP. XI. ſex ibi ſunt Dignitates, de quibus videatur *Marius de Vipera, in Opuſculo*.

De Beneventani Capituli Dignitate, &c. Parochiales Ecclesiæ numerantur 8. Monaſteria Virorum 13. Monialium 2. Adeſt & famoſa Abbatia S.Sophiæ, olim Benedictinorum, nunc Canonicorum Regularium S. Salvatoris, in Commendam dari ſolita, ſodalitates Laicorum 23. Hoſpitalia 4. & Seminarium Alumnorum 40. in Diœceſi ſunt Oppida, & Villæ 178. Parochiæ 136. Collegiatæ 5. Omnis generis Eccleſiæ, ob trium noſtri temporis Terræmotuum, cladem, in univerſum modo exiſtentes, 439. inter quas 12. ſunt Abbatiales, quarum Abbates uſum habent Baculi, & mitræ. Virorum Monaſteria in Diœceſi numerantur 33. Monialium inſuper 2. ſodalitates Laicorum 327. Hoſpitalia 51. Joannes XIII. P. M. Beneventum, primam in Regno Neapolitano erexit in Metropolim a. 969. Em. & Rev. Princeps, Vincentius Maria Card. Urſinius hodiè hìc Archi-Epiſcopus eſt, uti & Epiſcopus Tuſculi.

Abellinum, (*vulgo Avellino*) in loco editiore ad Sabaſtum, apud montis Virginis radices exurgit. Epiſcopalis annuus cenſus, Abellibenſis, & Frequentini (*Fricenti*) unitorum, à Paulo II. 7. Maji a. 1406. eſt Duc. 2700. Cathedralis B. V., habet Archidiaconum, & 11. Canonicos. 4. Mendicantium in Civitate ſunt Monaſteria, Monialium 1. Diœceſis 19. Oppida: in toto D. Abelli-

 nenſis.

nenſis, & Frequentina habet Cathedrales duas, Collegiatas curatas 10., curatas tantùm 24. Regularium Monaſteria 24. Confraternitates 80. ſimplicia beneficia 57. Hoſpitalia 8. Montes pietatis 4. Monialium ſeptum: Virginum Conſervatorium unum. Fidelium animæ in totum recenſétur 30000. In hac Diœceſi S. Guilielmus Vercellenſis, auctor Congregationis Montis Viridis, fundavit Cœnobium S. Mariæ, dictum Montis Virginum, exemptum à Juriſdictione Ordinarii Abellinenſis.

Propè Vulturni ripam, infra Æſerniam 24. à Benevento milliario diſtat Alliſæ Oppidum. Cathedralis, S. Sixtus Papa Tutelaris eſt, & in ea miniſtrant Canonici 12. inter quos 2. dignitate eminent titulo Archidiaconi, & Primicerii. Diœceſis continet aliqua Oppida, inter quod Oppidum Pedemontis Cajetanæ familiæ, ubi ob Alifani aëris inclementiam reſidere ſolet Epiſcopus. In hac Diœceſi comprehenduntur Parochiales Eccleſiæ 8. Collegiatæ 3. quarum una habet Canonicatus 12. reliquæ ſenos, virorum Cœnobia 8. Monialium unum Cœnobium. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum Regni 1700. Taxatur in libris Cameræ florenis 100.

Arianum, intra trium montium cacumina, ultra Triventum verſus Triventum, verſus Septentrionem ſitum Cathedralem habet B. Virgini Aſſumptæ ſacram, in qua ſerviunt Archidiaconus, Archipresbyter, duplex Primicerius, Theſaurarius, 15. Canonici, & Clerici Seminarii, adſunt etiam duæ Collegiatæ S. Petri, & S. Angeli, Parochiales 12. virorum Cœnobia 5. Monialium unum. Diœceſis habet Oppida 13. cum totidem

Parochiis, cenſus menſæ Epiſcopalis taxatur in Libris Cameræ florenis 213.

Aſculum, apud Appennini montis radices in via inter Neapolim, & Barium occurrens, diſtat à Neapolitana Civitate milliaribus 75. In Cathedrali ſunt 14. Canonicatus, inter quos dignitate eminent aliqui. In Diœceſi eſt Collegiata S. Mariæ Oppidi Candelæ, & Abbatia S. Leonardi Ord. Theut. (quam Clemens XI. Pont. Max. anno 1712. Annibali Card. Albano contulit;) à Friderico II. Imperat. fundata, omnium Abbatiarum in Italia nobiliſſima, 4000. ducatorum cenſus annui: adſunt & aliæ Abbatiæ Commendari ſolitæ. Cenſus annuus eſt ſcudatorum 1000. taxatur in libris Cameræ florenis 66.

Bovianum, ad radices ſitum Montis appennini fonteſque Tiphernis amnis, Cathedralem habet D. Bartholomæo conſecratam, in qua ſunt Archidiaconus, Archipresbyter, & 10 Canonici; adſunt alię Parochiales 7. & nonnulla Regularium Cœnobia. Diœceſis continet 30. Oppida, & in ſingulis reperitur proprius Archipresbyter. Epiſcopalis menſæ annuus cenſus eſt ſcudator. 1200. Taxatur florenis 200.

Quardia Alferia, mediterranea eſt Civitas ad Tiferni amnis ripam, in Provincia Comitatus Moliſienſis, ob aëris gravitatem penè deſolata. In Cathedrali Eccleſia, Deiparæ Aſſumptæ dicata eſt Archipresbyter, Archidiaconus: Canonicorum nullus eſt certus numerus, nunc ſunt plures, nunc pauciores, quia Eccleſia adſcriptitia eſt. In Civitate nullus locus pius reperitur, niſi Hoſpitale, & 3. Confraternitates Laicorum. Diœceſis 6. Oppidis conſtat; in quibus ſex Archipresbyterales

rales Eccleſiæ numerantur. Cenſus annuus taxatur in libris Cameræ 66. floren. alias valor poſſet eſſe Regni ducatorum 700. Leſinenſis Epiſcopatus ſuppreſſus, & cum Lemiſano unitus fuit Beneventano Archiepiſcopatui.

Larinum, ſeu Alarinum, mediterranea Civitas eſt ad dexteram Tipherni ripam, inter Histonium, & Theanum. Cathedralis continet Archidiaconum, Archipresbyterum, & 10. Canonicos, Seminarium, duo Monaſteria virorum, Hoſpitale. Diœceſis 18. Oppida, ſeu pagos comprehendit. Cenſus Epiſcopatûs ad 1000. ſcudata aſcendit; tametſi in libris Cameræ ejus taxa ſit florenorum 100.

Luceria, Urbs eſt Apuliæ Dauniæ, exiguo colli impoſita ad flumen Cerberum, inter Beneventum, & Sipontium, Cathedralis S. Mariæ de Victoria ſacra habet, Canonicos 12, ex quibus 4, Dignitate eminent, qui à Rege, & Epiſcopo conferuntur, ex decreto Benedicti XI. P. M. relato ab *Ughello* tom. 9. fol. 452. In Civitate ſunt Parochiales Eccleſiæ 3. virorum Cœnobia 8. unum, Benedictinorum, 7. Monialium. Dicitur Luceria Paganorum, ſeu Sarracenorum; quià illi olim hìc habitaverunt, quos expulit Carolus II. Rex. Diœceſis duo Oppida continet. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ſcudatorum 1500. Taxa autem in libris Cameræ florenorum 200. Turdibulum, unitum fuit huic Eccleſiæ, de quo *Ughellus* tom. 9. fol. 546.

Civitas Montis Marranni ſita eſt in Provincia Principatus ulterioris à Metropoli Beneventana milliario, juxta montem Terræ cluſæ ſituata eſt. Cathedralis Deiparæ ſacra habet 12. Canonicos,

inter quos 5. Dignitate eminent. Diœceſis 3. Oppidis conſtat, in quibus 3. extant Eccleſiæ tenuiſſimi censûs. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum Regni 600. taxatur in libris Cameræ florenis 60.

S. Agathæ Gothorum in finibus Terræ laboris inter Neapolim, & Beneventum, Civitas ſita eſt ſupra rupem, quem torrens aquarum undique ferè circumluit, Cathedralis B. V. dicata dignitatibus conſtat 5. & 25. Canonicatibus. Parochiales Eccleſiæ in Urbe 7. ſunt; adeſt, & Abbatia S. Mennæ, in Commendam conferri ſolita. Diœceſis Parochiales Eccleſiæ ſunt 22. Collegiata una 3. Abbatię in Commendam conferri ſolitæ, S. Fortunati, Ariolæ, & Argentii. Cenſum Epiſcopalem conſtituunt ſcudata Regni 2000. Taxa eſt in Cancellaria Apoſtolica Florenorum 180. Hìc aſſervatur digitus S. Agathæ.

S. Severi nobile Apuliæ Oppidum, quarto à Gargano monte milliario, dignitate Epiſcopali condecoravit Gregorius XIII. anno 1580. conjuncta illi eſt Civitatenſis Eccleſia. Diœceſis conſtat ex Civitatenſi, & duobus Oppidis, in quibus ſunt 2. Abbatiæ, una de Bipalta, & altera S. Joannis in Lamis, Ordinis Ciſtercienſis. Taxa eſt in libris Cancellariæ florenorum 150. Draconaria, pridem Epiſcopalis, redacta eſt ad curatam ſimplicem, & unita huic Epiſcopatui, uti ut Farentina olim Epiſcopalis Eccleſia.

Propè confluentiam Vulturni, & Sabathi fluminum, in Provincia Terræ laboris ſita eſt Teleſia. Cathedralis titulo S. Crucis ſacra extra mœnia Civitatis ad 500. paſſus ſita eſt, ad Cereti Oppidum tranſlata numerat 14. Canonicos, inter

quos

quos 4. dignitate eminent, nullus autem reſidentiam facit, ob loci inſalubritatem. Menſæ Epiſcopalis cenſus eſt aureorum 700. taxa eſt in Libris Cancellariæ Apoſtolicæ floren. 140. in tota Diœceſi 25. Parochiales Eccleſiæ ſunt: & Abbatiæ duæ Sœculares.

Termulana Civitas, quaſi Terminus Apuliæ dicta, in Provincia Capitanata, ad mare poſita eſt, Ducatûs titulo Illuſtris. Cathedralis Sacra B. Virgini, & SS. Baſſo, & Baſſolo, ibidem requieſcentibus, habet Canonicos 12. e quibus dignitate eminent Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius. In Civitate alia Parochialis Eccleſia eſt, Virorum Cœnobia 3. Xenodochium. Diœceſis 11. Oppida, & pagos continet. Taxatur in Libris Cancellariæ floren. 100.

Trivicum, Civitas, vulgo Trevico, ſeu Vico della Baronia, ab altero Appennini latere, poſita eſt in monte præcelſo, & inacceſſo, frigido Cœlo, & ventorum flatibus ita obnoxio, ut non alii, quam indigenæ, incolumes hic vitam trahant; Loffredæ familiæ Marchionatûs titulo ſubjecta; à tribus vicis ſimul conjunctis, nomen accepiſſe incolæ ferunt. Cathedralis B. Virgini Aſſumptæ ſacra habet Archidiaconum, Archipresbyterum, Primicerium, Theſaurarium, & 8. Canonicos. In tota Diœceſi habetur Collegiata una, Parochiales 5. virorum Cœnobia 4. 3. Monachorum Montis viridis, 4. Mendicantium. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum Regni 800. Taxatur in Libris Cameræ floren. 176.

Vulturaria, montana Civitas in Principatu ulteriore ab Adriatico mari, & Mediterraneo utrinque æqualiter diſtans; Marchionatûs titulo

familiæ Caracciolæ inſignita eſt. In Cathedrali B. Virgini Aſſumptæ ſacra miniſtrant Canonici, in dignitate conſtituti 3. Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerius, & 2. Capellani. In Diœceſi ſunt 8. Oppida, in quibus ſunt nonnullæ Collegiatæ Eccleſiæ, & Monaſteria. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum Regni 1200. Taxatur in Libris Cameræ florenis 50. Huic unitus fuit Mons Corbinien. anno 1433.

§. 15. *De Archi-Ep. Brunduſino, & Suffrag. Oſtunenſi.*

Brunduſium, vulgo *Brindis*, littoralis Provinciæ terræ Hydrunti Urbs, de jure Patronatûs Regis eſt. Menſæ Archi-Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 3000. Taxatur in Libris Cameræ ad florenos 400. Metropolitanam conſecravit Urbanus II. anno 1088. dicatam B. V. & S. Theodoro Martyri: ſunt in ea Archidiaconus, Cantor, Theſaurarius, 24. Canonici; & in Civitate plura Monaſteria.

In Oſtunenſi Cathedrali ſunt 44. Canonici, inter quos 4. Prælati; alia adeſt in Civitate Parochialis, virorum Monaſteria 4. Monialium unum. Diœceſis 4. pagis, totidemque Parochialibus Eccleſiis conſtat. Civitas ad Regem ſpectat. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum 1500. taxatur in Libris Cancellariæ floren. 50.

*De*

§. 16. *De Archi-Epiſcopatu Hydruntino,*(Otranto) *& Suffraganeis Aletino, ſeu Lupienſi, ſive Lycienſi, Alexanenſi, ſeu Leucadienſi, Caſtrenſi, Gallipolitano, & Uxentino.*

Metropolitana B. Virgini Annuntiatæ dicata habet 24. Canonicos, inter quos Archidiaconus, & Cantor. Diæceſis Oppida 40., & totidem Parochiales Eccleſias habet, beneficia vero ſimplicia 327. Abbatias ſolitas commendari 5. Cœnobia 15. Xenodochia 4. Annuus cenſus eſt 5500. ſcudat. Taxatur in Libris Cancellariæ florenis 400. Hic Franciſcus Maria de Aſte Archi-Epiſcopus eſt, frater P.D.Aloyſii de Aſte, Cōgregationis Clericorum Somaſchorum, quorum familia habet jus Patronatus ad Præpoſituram Cathedralis S. Mich. & in Monaſterio S. Caloceri Albingæ.

Aletium, ſeu Lupiæ, vulgo *Lecci*, mediterranea eſt Civitas in Salentinis. In Cathedrali B. Virgini dicata ſunt 24. Canonici, inter quos Archidiaconus, Cantor, & Theſaurarius dignitate eminent. Tres aliæ in Civitate ſunt Parochiales, virorum Cœnobia 15. quorum unum Cœleſtinorum ditiſſimum, & alterum Olivetanorum. Monaſteria Monialium 7. Hoſpitalia 3. in tota Diœceſi ſunt Parochiales Eccleſiæ 27. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt 4200. ducatorum; taxa eſt in Libris Cancell. flor. 200.

Prope Hydruntum Civitas Alexana ſita eſt; Cathedralis SS. Salvatori dicata Cantorem habet & 12. Canonicos; tria ibi ſunt virorum Cœnobia, unum Xenodochium. Diœceſis 12. Oppidula continet. Cenſus hujus Eccleſiæ eſt 900. ſcudatorum; taxatur in Libris Cancellariæ florenis 40.

Caſtri Civitas Comitatûs titulo illuſtris Cathe-

thedralem habet, in qua Archidiaconus, Archipresbyter, & 6. ſunt Canonici. Cenſus eſt 1400. ſcudatorum annuorum, taxatur in Libris Cancell. Apoſt. floren. 100.

Gallipolis, quaſi in cauda Italiæ, immobili ſaxo inſidet, & Cathedralem habet S. Agathæ ſacram, in qua 18. Canonici ſunt, inter quos Prælati 6. Cœnobia diverſorum Ordinum 3. Monialium unum. Nulla adeſt Diœceſis. Cenſus annuus eſt ſcudatorum 3000. taxatur in Libris Cancell. floren. 33.

Uxentum, vulgo *Ugento*, à mari diſtat uno milliario, habet Cathedralem S. Vincentio ſacram, in qua Cantor, duo alii Prælati, & 9. ſunt Canonici. Sunt in Civitate duo virorum Monaſteria, Monialium unum; Diœceſis 14. Parochiales Eccleſias continet. Cenſus eſt ducatorum Regni annuus 1000. taxatur in Libris Cancellariæ floren. 130.

### §. 17. *De Archi-Epiſcopatu Tarentino, & Suffraganeis Caſtellanatenſi, Mutilanenſi ſeu Motulanenſi, & Uritano.*

Tarentum, apud Taræ fluvium in Regionis extremo ſita eſt de jure Patronatus Regio, Metropolitana 12. habet Canonicos, inter quos eſt Archidiaconus, Primicerius, Cantor, & Theſaurarius: ſunt in Civitate aliqua Religioſorum, & Monialium Monaſteria, Seminarium, Mons Pietatis, Hoſpitale. Sunt & in hac Diœceſi 5. Abbatiæ Conſiſtoriales, ut plurimum Cardinalibus commendari ſolitæ. Menſæ Archi-Epiſcopalis annuus cenſus eſt 10000. ſcudat. Taxatur in Libris Cameræ ad flor. 400.

Caſtellanetum, inter Tarentum, & Brunduſium ſita, Marchionatûs titulo nobilis, Cathedralem habet S. Nicolao dicatam, in qua miniſtrant Archidiaconus, & Canonici, incerti numeri: virorum 3. & unum Monialium numerantur Cœnobia, cum uno Hoſpitali. Diœceſis nulla eſt: Annuus cenſus creditur ſcudatorum 1500. taxatur in Libris Cancellariæ florenis 125.

Mutila, Marchionatûs titulo illuſtris, 12. milliaribus Tarento diſtat. Cathedralis D. Thomæ Cantuarienſi ſacra, Archidiaconum, 4. dignitates & 9. habet Canonicos. Eſt de jure Patronatûs Regio; Diœceſis 3. loca continet. Epiſcopalis menſa eſt reddituum ſcud. 1500. taxatur in Libris Cancellar. floren. *66.*

Gregorius XIV. P. M. anno 1592. ad inſtantiam Philippi Hiſpaniarum Regis, ſejunxit Epiſcopatum Uritanum ab Archi-Epiſcopatu Brunduſino; cui remanſit Archi-Epiſcopatûs titulus; Uritanis, Epiſcopatûs obvenit honor ſub Tarentino Merropolita. Cathedralis B. Virgini Sacra habet Archidiaconum, Cantorem, ſub Cantorem, Theſaurarium, & 16. Canonicatus; in Civitate ſunt duo Cœnobia, unum Cœleſtinorum, alterum Monialium. In Diœceſi 3. Collegiatæ numerantur cum Prælatis, & Canonicis, nec non variæ Abbatiæ, & Monaſteria; eſt de jure Patronatus Regio. Taxatur in Libris Cameræ florenis 400.

### §. 18. *De Archi-Epiſcopatu Conſentino, & ejus Suffraganeo Matrunanenſi, ſeu Martoranenſi.*

In Calabria quatuor ſunt Archi-Epiſcopi, pri-

primus eſt Conſentinus, cui Suffragatur Matruranenſis. Metropolitana in Umbilico Civitatis ſita, B. Virgini Aſſumptæ dicata eſt, habet 4. Prælatos, 20. Canonicos, & alios Clericos. In Civitate ſunt Monaſteria virorum 7. Monialium 3. Collegium Societatis Jeſu, Xenodochium. Diœceſis continet 40. Oppida.

Mamertum, vulgo Martoranum, juxta Sabatium amnem, & Sylvam picis optimè feracem, loco ſita Montano, ſex milliaribus diſtat à mari. Cathedralis B. Virgini Aſſumptæ Sacra habet Decanum, Archidiaconum, Cantorem, Theſaurarium, & 12. Canonicos. Adſunt Clerici 8. Seminarii, 3. Regularium Cœnobia, adeſt & Hoſpitale Peregrinorum. Parochiæ totius Diœceſis 13. ſunt. Cenſus annuus eſt ſcudatorum 700. Regni; taxa in Libris Cameræ Apoſtolicæ floren. 33.

### *De Archi-Epiſcopatu Roſſanenſi.*

Roſſanum, Calabriæ Citerioris Civitas, 35. milliaribus diſtat Conſentio, 3. tantum à littore ſinus Tarentini. Cenſus annuus eſt 2000. ſcudatorum, taxatur in Libris Cancellariæ florenis 66. Metropolitana B. Virgini Aſſumptæ Sacra, 4. Prælatos, 18. Canonicos, & diverſos habet Clericos. Parochiales ſunt in Civitate 14. virorum Cœnobia 7. Monialium 2. Diœceſis 20. Oppida complectitur.

De

§. 20. *De Archi-Epiſcopatu Rhegienſi, & Suffraganeis Bovenſi, Caſſanenſi, Catacenſi, Crotonienſi, Hieracenſi, Neocaſtrenſi, Nicoterenſi, Oppidenſi, Squillacenſi, & Tropejenſi.*

Metropolitana B. Virgini Aſſumptæ Sacra habet Decanum, Archidiaconum, Cantorem, Theſaurarium, & 14. Canonicos. Adſunt Parochiales 11. in quibus una Collegiata, *Cattolica* dicta: virorum Cœnobia diverſorum Ordinum ſunt 6. Monialium unum; Collegium Patrum Societatis Jeſu; Mons Pietatis habens annuos redditus ducatorum 20000. in tota hac Diœceſi continentur Parochiales 23. quarum 14. in ſuburbiis Civitatis, virorum Cœnobia 8. Oppida 8. Pagos 23. Eccleſiæ in totum 233. eſt ad Regiam præſentationem; annuus cenſus eſt ſcudatorum 4000. taxatur in Libris Cameræ florenis 600.

Bova, Superioris Calabriæ Civitas, in Monte editiſſimo poſita habet Cathedralem B. Virgini Præſentatæ ſacram, in qua Archipresbyter, Decanus, Cantor, & Theſaurarius, & 8. ſunt Canonici. In tota Diœceſi continentur Parochiales Eccleſiæ 8. Abbatiæ ſimplices, centum aureorum ſummam non excedentes, beneficiaque ſimplicia 5. virorum Cœnobia 3. Confraternitates 20. Menſæ Epiſcopalis annuus eſt cenſus ducatorum 800. Taxatur in Libris Cancellariæ floren. 33.

Caſſanum, citerioris Calabriæ Civitas Cathedralem habet Nativitati B. Virginis Sacram, in qua Archidiaconus, Decanus, Cantor, & Theſaurarius 8. Canonici, 12. Alumni Seminarii ſerviunt.

viunt. Adſunt 4. virorum Cœnobia; & in Diœceſi 19. ſed Monialium unum. Annuus cenſus menſæ Epiſcopalis eſt ducatorum 5000. taxatur in Libris Cameræ florenis 116. hodiè immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjacet.

Catacium, inter Albim Civitas Calabriæ, edito Salubrique loco ſita Cathedralem habet, in qua 4. Dignitates, & 10. Canonici ſunt; dicata eſt Cathedralis B. Virgini Aſſumptæ. Diœceſis 10. Oppida continet, pagos, 14. in quibus Collegiatæ 3. Parochiales 31. Virorum Cœnobia 12. Monialium 2. Abbatiæ 2. Xenodochia 4. Laicorum Confraternitates 30. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt Ducatorum 1500. Taxatur in Libris Cameræ floren. 50.

Croto, maritima Urbs citerioris Calabriæ, Cathedralem habet B. Virgini Aſſumptæ Sacram, in qua ſunt 20. Canonicatus, Prælaturæ 6. Capellaniæ 12. adeſt alia Parochialis, Cœnobium virorum, & aliud Monialium, Xenodochium. Diœceſis uno pago conſtat. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum 2000. Taxatur in Libris Cancellariæ florenis 50.

Hjeracum, Calabriæ Superioris Civitas Cathedrali gaudet Sacratâ B. Virgini Aſſumptæ, in qua ſunt 24. Canonici, in quibus Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Primiceratus, Decanatus, Protonotariatus, Theſaurariatus, Cantoratus, Magiſtri Cœremoniarum dignitas præeminet. Adſunt 12. aliæ Parochiales, virorum Cœnobia 2. totidem Monialium, Xenodochium unum. In tota Diœceſi Oppida, & Caſtra ſunt 30. Parochiales Eccleſiæ 45. Abbatiæ Inſignes Commendari ſolitæ 5. quarum minima redditus habet ad mi-

minus 600. aure. Virorum Cœnobia 12. Monialium 1. Epiſcopi redditus ſunt 3000. ſcud. Taxa eſt flor. 66. D. Dominicus Laſſus, Presbyter Bononienſis, in ſuo itinerario Hieroſolymitano refert: Hieroſolymis, in Palatio Pilati, in quadam Camera ſe vidiſſe quendam hominem perpetuò deambulantem (: quem Hieracenſem fuiſſe nonnulli credunt:) & audivit ibi, illum eſſe; qui colaphum Chriſto Domino inflixerat, & ab eo tempore deambulare incœpiſſe, & ibi deambulaturum uſque ad conſumationem ſœculi; habet oculos nigros, eſt deformis, & in habitu militari, chyrothecam adhuc manu tremulâ tenet; ipſiusque curſus, & recurſus nullâ hominum potentiâ impediri poteſt. Turca quidam, hujus cubiculi cuſtos deputatus eſt; qui nullum (: niſi ex gratiâ:) hujus rei admittit ſpectatorem.

Neocaſtrum, in penſili loco Cathedralem habet SS. Petri, & Pauli, in qua 6. ſunt Dignitates, 8. Canonici; Capellani, & Alumni 26. Adſunt tres aliæ Eccleſiæ, Monialium ſeptum 1. Hoſpitalia 2. Confraternitates 9. in Civitate, & Diœceſi ſunt Parochiæ 24. Capellæ 65. Abbatiæ in Commendam dari ſolitæ 8. Monialium ſepta 2. Hoſpitalia 8. Epiſcopi redditus ſunt ducati 2500. taxa eſt flor. 100.

Nicotera, in excelſo loco, Siciliam aſpicit; Cathedralem ibi erexit Bonifacius IX. a. 1392. in Civitate 1. Monialium Cœnobium, & 5. ſunt Virorum Cœnobia, totidem Parochiæ in Diœceſi. Fructus Epiſc. ſunt d. 1500.

Oppidi Civitas, ad radices Aſpri Montis, Cathedralem habet Deiparæ Aſſumptæ dicatam, ubi 6. Dignitates, 8. ſunt Canonici; adſunt 2.

Pa-

Parochiæ, 3. virorum Cœnobia, 1. Monialium; Fructus Epiſcopi ſunt d. 2300.

Squillacum Cathedralem habet B. Virgini Aſſumptæ ſacram, in qua ſunt 5. Prælati, Canonici 10. Parochiales Eccleſiæ in Civitate 10. religioſorum Monaſteria 4. Monialium 2. Seminarium. Diœceſis conſtat Parochiis 45. Menſæ Epiſcopalis cenſus eſt ducatorum Regni 2600. taxatur in Libris Cancellariæ florenis 166.

Littoralis Tropeæ Civitas, nomen retinet ab Herculis Portu, & loci amænitate inſignis. Cathedralem habet Deiparæ Aſſumptæ Sacram, in qua ſunt 24. Canonici, & inter illos 6. Prælati; eſt de jure Patronatûs Regio; & menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum 5000. Taxatur in Cancellaria florenis 330. in Civitate ſunt Parochiales Eccleſiæ 4. virorum Monaſteria 8. Monialium 3. Xenodochium, Mons Pietatis, Seminarium. In tota Diœceſi ſunt Parochiales Eccleſiæ 47.

### §. 21. *De Archi-Epiſcopatu S. Severinæ, & Suffraganeis S. Leonis, Bellicaſtrenſi, Geruntinenſi, Cariatenſi, Inſulano, Strungulenſi, Umbriaticenſi.*

Metropolitana S. Anaſtaſiæ ſacra habet Prælatos 6. Canonicos 18. Alumnos Seminarii 24. in Civitate, præter Metropolitanam numerantur Parochiales Eccleſiæ 7. virorum Cœnobia 2. Monialium unum. In tota Diœceſi ſunt Parochiales Eccleſiæ 21. virorum Cœnobia 8. Abbatia Calobromaniæ Ordinis Ciſtercienſis. Menſæ Archi-Epiſcopalis cenſus eſt ducatorum 2700. taxatur in Li-

Libris Cancellariæ floren.60. Pius V. anno 1571. S.Leonis Epiſcopatum ſuppreſſit, & huic Metropoli univit. *Vid. Decretum Conſiſtoriale diei 7. Novembris anni* 1571.

Belcaſtri Cathedralis S.Michaëli dicata, 12. Canonicos habet, inter quos ſex dignitate eminent. Diœceſis duobus pagis conſtat. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum 1000. taxatur in Libris Cameræ florenis 50.

Geruntia, ſeu Cerenthia, montana citerioris Calabriæ Civitas, Cathedralem habet S.Theodoro Sacram, in qua 5. ſunt Prælati, & 6. Canonici. Diæceſis duobus Oppidis, & totidem villis conſtat.

Cariatum 30. paſſibus à mari diſtat, habet Cathedralem S. Petro Sacram & 9. Canonicos, inter quos 5. Dignitate eminent. Menſæ Epiſcopalis utriuſque Eccleſiæ, Geruntinæ ſcilicet, & Cariatenſis unitæ annuus cenſus eſt ducatorum Regni 1000. taxantur in Libris Cancellariæ Apoſtolicæ florenis 60.

Epiſcopatûs Inſulenſis annuus cenſus eſt ducatorum Regni 3000. à Rogerio I. Siciliæ Rege huic Eccleſiæ attributorum. Taxatur in Libris Cameræ Apoſtolicæ florenis 33. Cathedralis Deiparæ Aſſumptæ ſacra habet. 10. Canonicos, inter quos 5. Dignitate eminent. Sunt in Diœceſi Abbatiæ ſex.

Strongolum, Citerioris Calabriæ Civitas, edito loco ſita, rupibus undique ſepta, abeſt à Metropoli ſua milliaribus 12. in Cathedrali SS. Petro, & Paulo Sacra, ſunt Canonici 15. inter quos 5. Dignitate eminent. In Civitate ſunt 3. Eccleſiæ Parochiales. Nulla eſt Diœceſis. An-

nuus fructus Epiſcopalis menſæ eſt ducator. Regni 1000. taxatur in Cancellariæ Apoſtolicæ florenis 33.

Umbriacum (*Briſtaccia*) in rupe quadam exiſtit, horrendis pręcipitiis munita, atque inacceſſa Civitas. Cathedralis D. Donato Sacra, Presbyteros habet quatuor, paucos redditus habentes. Diœceſis Parochiales Eccleſias 13. habet. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum Regni 2000. taxatur florenis 37. in Cancellar.

### §. 22. *De Numero Archi- & Epiſcopatuum Regiæ præſentationis, & totius Regni.*

Ex antecedentibus conſtat, & confirmat *Marinus Freccia* de Subfeud. & *Proſper Auguſt.* in notis ad Stephani Quarantæ Bullarium, eſſe ad Regiam pręſentationem Archi-Epiſcopatus octo, Epiſcopatus octodecim. Numerantur aliàs in hoc Regno 22. Archi-Epiſcopatus, & ultra 100. Epiſcopatus: qui, exceptis Regiis, conferuntur à Summo Pontifice.

## CAPUT IX.

## De Archi- & Epiſcopatibus Siciliæ.

### §. 1. *De Archi-Epiſcopatu Panormitano, & Suffraganeis: Agrigentino, Mazarenſi, & Melitenſi.*

PAnormitana Eccleſia Archi-Epiſcopalis in Generalibus Regni Comitiis pręit cœteris om-

omnibus; tres Suffraganeas Eccleſias, ab Hadriano IV. anno 1154. deſignatas habet; deſtructas alias in Africa, & Sicilia refert Gregorius VII. jus prçſentationis eſt penes Regem. Annui proventus menſæ Archi-Epiſcopalis, deductis deducendis ſunt ſcudatorum 24265. tres in hac Eccleſia ſunt Dignitates, Cantoria, Archidiaconatus, Decanatus, quibus ſubjungi poteſt munus Theſaurarii; Canonici ſunt 24. quorum habitus eſt Mozzetta violacea, cum Rocchetto. Seminarium Alumnorum fundatum bene eſt. Hic in univerſum 50. Monaſteria refert *Roccus Pirrus* in ſua Sicilia Sacra à folio 202. uſque 224. qui etiam in tom. 1. videndus ubi & 13. Parochias in Civitate recenſet.

Agrigentina Cathedralis 4. Dignitates ſeu Prçlatos habet, Canonicos 20. Epiſcopus in Comitiis Siculis ſextum profert ſuffragium. De jure Patronatus Regis eſt. Canonicatuum Proviſio juxta menſium partitionem ad Romanum ſpectat Pontificem, vel ad Epiſcopum. Proventus Menſæ Epiſcopalis ſunt 13000. ſcudatorum. Numerus Civitatis, & Diœceſis hujus Eccleſiarum, & Monaſteriorum, videatur apud *Pirrhum* Siciliæ Sacræ tom. 2. fol. 300. & ſeqq.

Mazaræ Urbs, frumenti, olei, & pecoris ubertate celebris, ejus Epiſcopus in Comitiis Regni nono ſedet loco, de jure Patronatus Regis eſt; menſæ ejus redditus annui dicuntur aſcendere ad ſcudata 14000. Cathedralis Dignitates habet 4. Cantorem, Archidiaconum, Decanum, Theſaurarium, Canonicatus 14. in Seminario ſunt Alumni 18. Cœnobia Monachorum 9. Mendicantium plurima, uti & Monialium.

Melitenſis Epiſcopus de more cœterorum Siculorum Antiſtitum eligitur à Rege, & licet Inſulam Religioni Hieroſolymitanæ conceſſerit Carolus V. Antiſtitis tamen electionem ſibi, & Succeſſoribus reſervavit; ejus menſæ Cenſus annuus aſcendit ad ſcudata 995. videatur *Roccus Pyrrhus* tom.2. Siciliæ Sacræ fol.617.& ſequent. in Cathedrali S.Paulo Sacra, ſunt Dignitates 5. Canonicatus 15. & 5.in Civitate Cœnobia.

### §. 2. *De Archi-Epiſcopatu Meſſanenſi, & Suffraganeis Cephaludenſi, Liparenſi, & Pactenſi.*

Meſſanenſis Metropolita in Generalibus Siculis Comitiis, ſecundo ſedet loco; tres Suffraganeas Eccleſias habet, Cepaludenſem, Liparenſem, & Pactenſem, Diœceſis continet 125. Oppida, Abbates 24. Priores 13. Archi-Epiſcopus eſt Cancellarius Univerſitatis Studiorum; jus prꝑſentationis eſt penes Regem, annui Epiſcopi redditus ſunt, deductis deducendis ſcudata 778. videatur *Rocchus Pirrus* tom.1. Sicil. Sacræ fol.383. Dignitates in Metropolitana ſunt 3. Decanus, Cantor, Archidiaconus, Canonicatus 18. de eorum redditibus videatur *Pirrus* tom. 1. Siciliæ Sacræ fol. 386. undecim Meſſanæ ſunt Parochiæ; plurimæ Abbatiæ, Monaſteria, & Eccleſiæ videndæ apud *Pirrum* loc. cit. fol.390.

Cephaludenſis Prꝑſul, in Regni Comitiis octavo Sedet loco, de jure Patronatus Regis; Annui Epiſcopatus Proventus numerantur ſcudata 7884. videatur *Roccus Pirrus* tom. 2. Sicil. Sacr. fol.472. 24. ſunt Canonici in Cathedrali, qui

prius

prius Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini fuerant.

Lipara, Siciliæ coadiacens inſula, inter Vulcanias, & Æolias celeberrima, & omnium maxima ab anno 1400. collationis Pontificiæ, ſolum Liparam, & ejus inſulas habet Diœceſis. Annui proventus hodiè ſunt 4500. Cathedralis 4. Dignitatibus, & 14. gaudet Canonicatibus, qui juxta menſium partitionem alternis vicibus à Papa, & Epiſcopo nominantur.

Pactenſis Eccleſia D. Bartholomæo Apoſtolo Sacra, reliquias habet de lacte B. Virginis, de Oſſibus S. Bartholomæi. Epiſcopus in Comitiis Regni ſeptimo ſedet loco, de jure Patronatus Regio Epiſcopatus eſt, cum parva Diœceſi. Annui cenſus menſæ Epiſcopalis ſunt ſcudatorum 7474. Prioratus Dignitas Canonicis Monachis conceditur; ad Archidiaconatum modo Monachi, modo Presbyteri Sœculares promoventur.

§. 3. *De Archi-Epiſcopatu Montis Regalis, & Suffraganeis Cathanenſi, & Syracuſano.*

Archi-Epiſcopus tertium locum in Comitiis habet, ſui Suffraganei ſunt Catanenſis, & Syracuſanus; ejus menſæ redditus deductis deducendis ſunt 50000. ſcudata, ſunt quidem 80000.; ſed defalcantur pro expenſis neceſſariis. Videatur *Pirrus* Siciliæ Sacræ tom. 1. fol. 438. de jure Parronatus Regio eſt; Eccleſia autem eſt Regularis, & poſt Præſulem habet Archidiaconum, qui Archidiaconatus Clerico Sœculari à Pontifice confertur; Suffragium habet in Capitulo in iis, quæ ad Eccleſiam ſpectant Pauli III. Decreto, ejus curæ

 ſunt

ſunt feſtorum dierum cultus, & matrimonia.

Catanenſis Antiſtes Eccleſiæ primum Sedem occupat in Comitiis Regni poſt Archi-Epiſcopos. Ad annum 1568. Canonici Ordinis D. Benedicti diſciplinam profitebantur; inde Pii V. facultate ad Sœcularem ſtatum reduxit Antiſtes. Quatuor in Eccleſia ſunt Dignitates, Prioratus, Cantoria, Decanatus, Theſaurariatus, Canonicorum incertus numerus, quorum collationem Epiſcopo conceſſit Pius V. videatur *Pirrus* Siciliæ Sacræ tom. 2. fol. 77. Catanæ autem ſunt 8. Parochiales Eccleſiæ; Societatis Jeſu Collegium, 9. Benedictinorum Abbatiæ. Prope Catanam, videtur mons Æthna, qui flammas eructat.

Syracuſanus Antiſtes, quintum habet locum in Comitiis: de jure Patronatûs Regis eſt: Annui proventus Menſæ Epiſcopalis ſunt ſcudata 7198. in dignitate conſtituti ſunt in Cathedrali, Archidiaconus, Decanus, Cantor, Theſaurarius: Canonici ſunt electivi, quia Candidati ab Epiſcopo in Capitulo proponuntur, & à Canonicis eliguntur. Adeſt Seminarium, Parochiæ in Urbe 7. Benedictinorum 2. Monaſteria, Collegium Societatis Jeſu, Conventus PP. Dominicanorum, Franciſcanorum, Carmelitarum, Auguſtinianorum; Ædes S. Joannis Hieroſol. & Monialium 11. Cœnobia. Videantur apud *Pirrum* tom. 2. fol. 209.

CA-

# CAPUT X.

## De Archi & Epiſcopatibus Sardiniæ.

DE Archi-Epiſcopatibus, Epiſcopatibus, & & ſtatu Regni Sardiniæ duos Tomos ſcripſit *Franciſcus de Vico*, in linqua Hiſpanica Barcinonæ impreſſos anno 1639.

Imperator Ludovicus anno 817. donavit Summo Pontifici, inter alias Provincias, etiam Sardiniam, ut conſtat ex Diplomate donationis, relato ab eodem *Franciſco de Vico*, in ſua Sardinia tom.2. fol.15. in Sardinia tres tantùm ſunt Archi-Epiſcopatus, Caralitanus, Arborenſis, Turritanus: ſubſunt Caralitano Archi-Epiſcopo, unito cum Svellenſi, Sulcitanus, & Dolienſis; *Miræus* adjungit Leſſenſem: ſub Turritano Archi-Epiſcopo ſunt Sorienſis, Plonatenſis, Ampurienſis, Gaſſarenſis, Caſtrenſis, Otthanenſis, Roſſanenſis. Sub Arborenſi Archi-Epiſcopo ſunt Suffraganei Uſellenſis, S.Juſtæ, Terræ Albæ.

In tota Sardinia ſunt duæ Collegiatæ, & aliqua Monaſteria diverſorum Ordinum, relata *à Franciſco de Vico* tom.2. fol.300. & ſeq.

Archi-Epiſcopus Turritanus, cum 3. Suffraganeis, 2. Abbatibus, Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum, nec non cum Parochis totius ſuæ Provinciæ, in ſua Metropolitana, provinciale Concilium celebrat ſingulis trienniis. Redditus Eccleſiaſtici centum ſcudatorum millium computantur; Archi-Epiſcopo Turritano obveniunt 5000. Calaritano, 14000. Arborenſi, 8000. Epiſco-

ſcopis Ampurienſi, & Uſellenſi, unicuique 6000. Algarenſi 4000. Proſanenſi, 3000. quod reliquum eſt redditum, Canonicis, Parochis, & beneficiatis obvenit. Proventus Regii, 200000. ſcud. non ſuperant; magna pars exigitur ex piſcatione coralliorum, quorum in tota Inſula abundantia maxima; nec non, & thynnorum, ſingulis ferè annis, 35000. cadorum millia conficiuntur, quorum major pars in Italiam, Hiſpaniaſque devehitur: magno ex hac mercimonia reportato pretio. Abundat etiam apris, cervis, damis, muflonibus, & equis parvis, curſu tamen velociſſimis. Animali venenoſo nullo inficitur, non Leone, Lupo, Serpenteve. *Bleau*, fol. 211.

# CAPUT XI.

## De Archi & Epiſcopatibus Galliæ.

NOtitiam Archi- & Epiſcopatuum Galliæ ſcripſit *Papirius Maſſonus*. V. Anton. *Demochares* lib. de Sacrific. Miſſ. *Belforeſtius* in Annal. Franc. Habet autem Francia Archi-Epiſcopatus 17. & ultra centum Epiſcopatus. *V. Fratres Sammarthani*.

### §. 1. *De Archi-Epiſcopatu Lugdunenſi, Gall.* Lion; *& 4. Suffraganeis Auguſtodunenſi, ſeu Eduenſi, Gall.* Auſtun; *& Lingonenſi, Gall.* Langres; *& Matiſconenſi, Gall.* Maſcon. *& Cabillonenſis, Gall.* Challon.

Metropolitanus Primas Galliæ audit, & Cano-

nonici probant quatuor gradus nobilitatis ex utroque latere, & debent eſſe inſigniti titulo Comitum. Videatur *Robbæus* in ſua Geographia tom. 1. fol. 145. videatur item Meum Compendium Geographiæ Statiſticæ. Novem Dignitates ſunt in Metropolitana, & Canonici 26. inter quos eſt ipſe Rex Chriſtianiſſimus. In Diæceſi 13. ſunt Abbatiæ; Ordinis S. Bened. 7. Canonicorum Regul. S. Auguſtini 1. Ciſtercienſium 5. Archipresbyteratus 16. Parochiæ 750. aut circiter cum Prioratibus 124. Collegiatæ, S. Juſti, 25. Canonicorum, S. Thomæ, S. Pauli, S. Nicetii, Canonicorum 17. Parochiæ 14.

Major Eccleſia Auguſtoduni D. Lazaro Sacra eſt. Diœceſis habet Parochias 600. Abbatias 14. quarum ſunt Benedictinorum 8. Canonicorum Regularium S. Auguſtini 2. Ciſtercienſium 4.

Epiſcopus Lingonienſis, Dux, Par Franciæ, & Comes Montis Saugeonii dicitur, Cathedralis S. Mammerto Sacra, habet Decanum, alios Prælatos, & 42. Canonicos. Diœceſis continet Parochias 600. Hoſpitalia 50. Prioratus 90. Collegiatas 16. annuus ejus Epiſcopi cenſus eſt 30000. ſcudatorum; in unctione Regum præcedit Metropolitanum ſuum, etiam Præſulatu antiquiorem, ut ejuſdem Parlamenti Decreto cautum fuit 17. Cal. Februarii anno 1526. in Diœceſi ſunt 32. Abbatiæ, ex quibus 12. habent Benedictini; Canonici Regulares S. Auguſtini 4. Ciſtercienſes 15. Præmonſtratenſes Abbatiam Septem fontium poſſident.

Matiſconum, Civitas pulcherrima eſt ad Sequanam, ferax optimi vini, frumentorum, & fructuum ac fœni. Præfecturam habet conſide-

rabilis extenſionis; in Diœceſi reperitur Abbatia Cluniacenſis, immediatè Summo Pontifici ſubjecta, & alia Abbatia S.Rigaldi, Ordinis S.Benedicti. Cathedralis D. Vincentio Sacrata eſt. In Diœceſi notantur Parochiales Eccleſiæ 266. plures Prioratus, & Capellaniæ, ſub 4. Archipreſbyteratibus Bellioci, Roſetti, Viriſetti, & Vallis Rignaudi, referente Jacobo *Severtio*, in hiſtoria Præſul. Matriſcon. Menſæ Epiſcopalis cenſus, ſunt ſcudata 20000.

Annuus menſæ Cabillon. Epiſcopalis cenſus ſunt 20000. ſcudatorum circiter. Cathedralis S.Vincentio Sacra habet Decanum, Cantorem, Theſaurarium, ab electione Capituli; & 4. Archidiaconos à collatione Epiſcopi dependentes, & 25. Canonicos. In Diœceſi ſunt 200. Parochiæ, & 6. Abbatiæ, inter quas Ciſtercienſium quatuor, cum Capite Ordinis, & Benedictinorum 2. S.Petri, & Tornuſii ſunt. Ciſtercienſium ſunt, Ciſtercium, Caput Ordinis, Firmitas, Marceriæ, Moleſia. Videantur F. *Sammarthani*, in Gallia Chriſ. tom. 2. fol. 438.

### §. 2. *De Archi-Epiſcopatu Rothomagenſi, & 6. Suffraganeis.*

Rothomagum ad Sequanam (*Roven*) in Normannia, Civitas mercatorum negotiis, fluxu, & refluxu maris celebris; ibi ordinariè reſidet Gubernator Provinciæ, ac conventum ſœpiùs hic faciunt Deputati ad Theſaurum Regis. Videatnr *Robbæus* in Geographia tom. 1. fol. 101. Menſæ Archi-Epiſcopalis Cenſus eſt 30000. ſcudatorum. In Metropolitana ſunt 10. Dignitates, 51. Canonici.

nici . In Decanatibus ſunt 1388. Parochiæ, in Civitate 30. Parochiæ , in Suburbiis 5. in Civitate , & Suburbiis , & vicinia ſunt 24. Monaſteria virorum , Monialium 10. in Diœceſi ſunt Abbatiæ 27. ex quibus Benedictinorum ſunt 14. Canonicorum Regularium S. Auguſtini duæ , Augenſis , & Cornevillæ . Ciſtercienſium 6. Reliquæ ſunt Præmonſtratenſium .

Bajonum , ( *Bajeux* ) Civitas principalis eſt Provinciæ Baſſinenſis. *Robbæus* in ſua Geog. tom. 1. fol. 102. Leucâ , & dimidiâ diſtat ab Oceano . Cathedralis Deiparæ Sacra habet Decanum , & 50. Canonicos . In Diœceſi ultra 211. Parochias , in quatuor Archidiaconatus diviſas , & ſexdecim Decanatus , reperiuntur Abbatiæ 14. quarum 7. Benedictinorum ſunt ,

Abrincantenſis ( *Auranches* ) , Cathedralis S. Andreæ Apoſtoli Patroni anno 1121. 15. Cal. Octobris dedicata fuit. Decanum habet cœteris Dignitatibus , ac Præbendis Capituli Superiorem . In Diœceſi ſunt Abbatiæ 5. Benedictinorum , una ; Canonicorum Regularium S. Auguſtini , una ; Prænonſtratenſium , una ; Ciſtercienſium , duæ .

Ebroicenſis ( *Eureux* ) . Cathedralis Patrona eſt Deipara Virgo , in qua Decanus , & plures ſunt Canonici . Sunt in Diœceſi 600. Parochiæ , à tribus Archidiaconis viſitari ſolitæ . Venerabile Capitulum 30. cenſetur capitibus . Numerantur undecim Abbatiæ in Civitate , & Diœceſi , inter quas Benedictinorum 7. Ciſtercienſium 4.

Sajenſis ( *Sais* ) Epiſcopalis menſæ cenſus creditur eſſe 16000. ſcudatorum . Cathedralis Eccleſia SS. Martyribus Gervaſio , & Protaſio Sacra eſt. In Diœceſi numerantur duo Oppida , Perticenſis

Pro-

Provinciæ, Belliſmum, ac Mauritania, ubi Sedes Officialis Sagenſis. Septem ſunt Abbatiæ in Diœceſi.

Lexovii (*Lizieux*) Epiſcopus Comes eſt. Cathedralis Patronum agnoſcit S. Petrum Apoſtolum, facultatibus non impar cœteris Neuſtriæ Epiſcopatibus, in ea Decanus, Cantor, Theſaurarius, Capicerius, Magiſter Scholarum, Archidiaconi quatuor. In Diœceſi quinque ſunt Benedictinorum Abbatiæ.

Conſtantia ad Bardum (*Coutances*). *Robertus Cœnalis*, Epiſcopus Abrincenſis, l.2. de Gallica, Perioche 5. ait: adeo feracem eſſe tractum illum, (quo continetur ſeptum Conſtantienſe) uberrimis paſcuis abundantem: ut ſi quis ad veſperam bacillum projiciat, diluculo ſurgens, herbido toro contectum vix intueri queat: Epiſcopalis menſæ cenſus dicitur eſſe 24000. ſcudatorum. Præter Cathedralem B. Virgini conſecratam anno 1556. ſexto idus decembris: Baſilicæ duæ exſtant in Suburbiis, nempe SS. Petri, & Nicolai; Monaſteria Monialium, totidem: In Diæceſi ſunt 8. Abbatiæ, Benedictinorum 5. Canonicorum Regularium S. Auguſtini 2. Præmonſtratenſium Blanchæ Landæ una. Plures numerantur Parochiæ; quibus, ſeu quarum Rectoribus invigilant quatuor Archidiaconi.

§. 3. *De Archi-Epiſcopatu Turonenſi, & 10. Suffraganeis.*

Menſæ Archi-Epiſcopalis annuus cenſus eſſe dicitur 18000. ſcudatorum. Metropolitana D. Gratiano Sacra habet Decanum, aliàs Digni-

ta-

tates, & 52. Canonicatus, adeſt & Collegiata S.Martini, Regni Galliarum opulentiſſima; cujus, Rex, Abbatis titulum gerit: Abbatiæ in Diæceſi 17. numerantur, quarum 11. Benedictinorum, 3. Canonicorum Regularium S. Auguſtini, & totidem Ciſtercienſium.

Cenomanenſis (*Mans*) Epiſcopalis menſæ annuus cenſus creditur eſſe 22000. ſcudatorum, Cathedralis divo Juliano conſecrata eſt anno 1201. in qua ſerviunt, Decanus, Cantor, Scholaſticus, Major Archidiaconus, & 5. alii. Septem ſunt Parochiales Eccleſiæ in Civitate, & plura diverſorum Ordinum utriuſque ſexus Cœnobia. Sub 24. Decanatibus in Diœceſi numerantur complures Parochiæ, & 22. Abbatiæ.

Condate Redonum, in (*Renes*) in meditullio Brittanniæ, Provincia Aremoricæ caput, Epiſcopalis menſæ cenſus attinget 30000. ſcudata. Epiſcopus Conſiliarius eſt, ac gaudet jure Seſſionis in Comitiis Generalibus trium Ordinum. Templum Cathedrale ſub invocatione S.Petri Apoſtolorum Principis eſt, cujus Capitulum cõſtat Theſaurario, Cantore, Scholaſtico, Archidiaconis Redonenſi, & de Deſerto, aliiſque Canonicatibus, & Dignitatibus. Porro numerantur in Diœceſi Abbatiæ 4.

Juliomagus, Andegavorum civitas, (*Angiers*) cum ſtatu annexo ordinariè conceditur Regis Fratri, titulo appennaggii. Menſæ Epiſcopi cenſus eſt 12000. ſcudatorum, Cathedralis D. Mauritio Sacra conſtat Decano, Archidiacono majore, Theſaurario, Cantore, Scholaſtico, Pœnitentiario, 29. Canonicis; in ea viſuntur Sepulturæ Ludovici I. Regis Siciliæ, & Hieroſolymi-

mitani, & aliorum. In Diœceſi notantur Abbatiæ 18.

Nannetum Conduvicum, (*Nantes*) Caput Superioris Brittanniæ, ad Oſtia Ligeris fluminis, in Aquitanicum labentis Oceanum. Epiſcopalis menſæ annuus cenſus eſt ſcudatorum 12000. Epiſcopus Conſiliarius eſt. Cathedralis S. Petro Sacra habet Decanum, duos Archidiaconos, Cantorem, Theſaurarium, Scholaſticum, Pœnitentiarium, & 20. Canonicos. Urbs gaudet Academiâ. In Diœceſi ſunt Abbatiæ 8.

Urbs Coriſopitum Curioſolitarum, in ſinu Oceani Armoniaci ſita eſt, quæ & Cornubia, & Cornugalia vocitatur. Kemper Corentinum autem nominant à Divo Corentino Urbis Antiſtite, quem Patronum Cathedralis agnoſcit, uti & Deiparam Virginem, Conſtat Capitulum, Decano, Archidiacono, Theſaurario, Cantore, Theologo, & 12. Canonicis. Menſæ Epiſcopalis cenſus 8000. ſcudatorum. In Diœceſi ſunt Abbatiæ 7.

Eſt in Armorica Venetorum Civitas, (*Vannes*) duobus milliaribus à mari diſtans. Epiſcopalis menſæ cenſus eſt 9500. ſcudatorum. Cathedralis veneratur S. Petrum, complectitur in ſua Diœceſi 120. Parochias. Capitulum conſtat Archidiacono, Theſaurario, Cantore, Scholaſtico, Pœnitentiario, Canonicis 14. Archipresbyteris 4. in Diœceſi recenſentur Abbatiæ 6.

Civitas Oſiſmorum, nunc Leonium, ad Oceanum Brittannicum exiſtit. Epiſcopalis menſæ cenſus eſt 2220. ſcudatorum. Cathedralis D. Paulo Sacratæ Capitulum componitur ex Cantore, Archidiaconis 3. & 26. Canonicis. 7. Vicariis, & pluribus Parochis. In hac Diœceſi eſt inſi-

ſignis Portus Breſt, Amoricæ propugnaculum. Sunt autem duæ Abbatiæ in Diœceſi.

In minori Bittannia ad Oceanum Urbs Trecora Epiſcopum habet, Toparcham Urbis in temporalibus, & Spiritualibus, cujus menſæ annuus cenſus eſt ſcudatorum 19500. Sanctus Tudgualdus Cathedralis Patronus eſt, ubi Cantor, Theſaurarius, Scholaſticus, Archidiaconus duplex, 14. Canonici. 6. Vicarii. 3. Parochi. In Diœceſi ſunt plures Parochiæ, & duæ Abbatiæ. V. *Maſſonus* in not. Epiſc. Gall.

Circa annum 844. in Monaſterio S. Brioci, conſtituta fuit Sedes Epiſcopalis, tempore Caroli Calvi Regis Francorum; Pontifex loci Dominus eſt temporalis, & ejus menſæ cenſus eſt 15000. ſcudatorum. Cathedralis B. Stephano dicata, habet Decanum, Theſaurarium, Archidiaconos, Scholaſticum, Cantorem, & 20. Canonicos. In Diœceſi reperiuntur 4. Abbatiæ.

Magolenſis Civitas, in (*S. Malo*) præruptis montibus poſita, Ledi aquis ima ſui parte alluitur, Epiſcopalis menſæ cenſus aſcendet ad 1120. ſcudata. In Civitate, & Diœceſi ſunt plurima Monaſteria Mendicantium, & etiam Monialium. Abbatiæ recenſentur 4.

## §. 4. *De Archi-Epiſcopatu Senonenſi,* (Sens) *& 3. Suffraganeis.*

Senonenſis Archi-Epiſcopus ob Coronationem Caroli Calvi in Imperatorem, factus eſt Primas Galliæ. Menſæ Archi-Epiſcopalis cenſus eſſe dicitur 8000. ſcudatorum. Metropolitana S. Stephano Sacra 5. habet Dignitates; in Diœceſi

ſunt

ſunt 5. Archidiaconatus, in quibus numerantur Parochiæ 674. Abbatiæ diverſorum Ordinum 25.

Autiſiodorum Civitas, (*Auxerre*) ad Scaunam flumen in Burgundionibus habet Epiſcopum, cujus menſæ cenſus aſcendit ad 15000. ſcudata. In Cathedrali S. Stephano Sacra ſunt 59. Præbendæ, quas obtinent Canonici ex collatione Epiſcopi, ad quem pertinet confirmatio Decani, & Prælatorum à Capitulo electorum. Sunt in Diœceſi Eccleſiæ Parochiales 204. è quibus 13. in Urbe, Prioratus 30. Commendæ Ordinis Meliteníis 4. Abbatiæ in Diœceſi 12.

Auguſtæ Tricaſinorum, nunc Trecarum, (*Trois*) Cathedralis S. Petro dicata, 40. Canonicos habet, quibus præeſt Decanus, duas Collegiatas, ſex Parochiales. In Diœceſi numerantur Parochiæ plurimæ; Cenſus menſæ Epiſcopalis aſcendet ad ſummam 12000. ſcudatorum. 14. Abbatiæ in Diœceſi reperiuntur.

Nivernum, (*Nivers*) Provinciæ ſuæ caput, opportuno loco poſitum, Cathedralis S. Cyriaco dicata eſt, habet Canonicos 36. cum Decano, Majore Archidiacono, Theſaurario, Cantore, & 8. Archipresbyteris, 270. Parochiis, 42. Prioratibus, 5. Collegiatis Eccleſiis, & 3. Commendis Ordinis S. Joannis Hjeroſolymitani. Epiſcopalis menſæ cenſus eſſe ſolet 25000. ſcudatorum; Toparcha Epiſcopus eſt Premeriaci, Urziaci, & de Parziaco; Abbatiæ 3. ſunt in Diœceſi.

### §. 5. *De Archi-Epiſcopatu Pariſienſi, & 3. Suffraganeis.*

Pariſienſis Epiſcopatus à Senonenſi Metropoli avulſus, & in Archi-Epiſcopatum erectus fuit à Gregorio XV. anno 1622. ſubjiciendo eidem Aurelianenſem, Meldenſem, & Carnotenſem, Epiſcopos. Inungit Regem, unde ejuſdem Paſtor, ubicunque verſatur Rex, dicitur, & Senator Pariſienſis natus. Dignitates Metropolitanæ Pariſienſis ſunt Decanus, Cantor, Succentor, Archidiaconus Major, duo alii Archidiaconi Joyaci, & Briæ, Cancellarius, Pœnitentiarius, quinquaginta & unus, Canonici, aliique Capellani, & Clerici. In Diœceſi comprehenduntur Abbatiæ 25. Benedictinorum 11. Canonicorum Regularium S. Auguſtini ſex. Ciſtercienſium 6. Præmonſtratenſium una; Ordinis S. Claræ, una.

Autricum Carnutum ad fluvium Auduram, Belſiæ Caput, (*Chartres*) Cathedralem habet B. Virgini Aſſumptæ Sacram, quæ eſt longa pedes 417. lata 187. alta 117. cum Campanili alto pedes 378. Canonicos habet 72. cum 17. Dignitatibus: quibus accenſentur 6. Archidiaconatus, in quos diviſa eſt Diœceſis inter Sequanam, & Ligerim, viſitantes Parochos 1330. Prioratus 257. Abbatiæ in Diœceſi ſunt 27. V. *Sammart.* fol. 480.

Meldorum Urbs, (*Meaux*) quam Matrona interluit, Cathedralem habet S. Stephani. In Diœceſi numerantur plures Parochiæ, & Abbatiæ 8.

Aurelianenſis Menſæ Epiſcopalis cenſus annuus aſcendit ad 30000. ſummam ſcudatorum.

Cathedralis habet Canonicatus 59. cum dimidio, Dignitates 12. Parochiæ in Diœceſi ſunt 272. Abbatiæ 8. Canonicorum Regularium S. Auguſtini 2. S. Evertii in Urbe, & Balgenciaci: Benedictinorum 2. Floriacenſis, & Miciacenſis: Ciſtercienſium 4. Curiæ Dei, Locidæ, S. Lupi, Virginis.

§. 6. *De Archi-Epiſcopatu Rhemenſi*, (Rheims) *& Suffraganeis*.

Archi-Epiſcopalis menſæ cenſus creditur eſſe 20000. ſcudatorum. Metropolitana ſub Protectione B. Mariæ 64. habet Canonicos. In Civitate eſt Collegium Societatis Jeſu, cum variis Eccleſiis, & Monaſteriis diverſorum ordinum, in Urbe ſunt 14. Parochiæ. 3. Abbatiæ virorum, duæ Monialium, Collegiatæ 2. in Diœceſi reperiuntur 20. Abbatiæ, inter quas ſunt Benedict. 8. Canonicorum Regularium S. Auguſtini 3. Ciſtercienſium 6. Præmonſtratenſium 3.

Sueſſionum Civitas Auguſta (*Soiſſon*), ad Axonæ ſiniſtram ripam, Cathedralem habet Divis Gervaſio, & Protaſio Sacram, ſunt ibi Præpoſitus, Decanus, Cantor, & alii Canonici. In Diœceſi ſunt 23. Abbatiæ, Benedictinorum 8. Canonicorum Regularium S. Auguſtini 5. Ciſtercienſium 2. Præmonſtratenſium 4. S. Claræ 2.

Catalaunenſis Epiſcopus, Par Franciæ audit. Civitas (*Chaallon*) Provinciæ Belgicæ ſecundæ, Cathedralem habet S. Stephano dicatam, & Epiſcopus ejus Urbis Dominus eſt, ejuſque menſæ redditus aſcendere poſſunt ad 12000. ſcudatorum ſummam. In Civitate eſt Collegium Patrum Societatis Jeſu, 3. numerantur Parochiæ, & totidem

dem Abbatiæ, plura Monaſteria Regularium. In Diœceſi 16. ſunt Abbatiæ.

Laudunæ (*Laon*) Epiſcopus etiam Par Franciæ audit, in conſecratione Regis, Sacram Ampullam gerit: ejus menſæ cenſus erit 20000. ſcudatorum. Cathedralis B. Virg. dicata habet 84. Canonicos, ex quibus quatuor Dignitate eminent. In Civitate, & Diœceſi ſunt 16. Abbatiæ, Parochiæ 300. Benedictinorum Abbatiæ ſunt 7. Præmonſtratenſium 6. cum capite Ordinis Præmonſtrati, reliquæ Ciſtercienſium.

Sylvanecti Urbs, (*Senlis*) 10. leveis Pariſiis diſtat; Cathedralis B. Virgini dicata habet Decanum, & Canonicos; adſunt in Urbe duæ Collegiatæ, & Parochiales 7. in Diœceſi ſunt; Abbatiæ 3.

Bellovaci, (*Beauvis*,) Epiſcopus Comes, & Par Franciæ, nec non Vice-Dominus Gerberodi audit, ejus menſæ cenſus erit 18000. ſcudatorum. Cathedralis D. Petro dicata habet Decanum, Archidiaconos 2., Theſaurarium, Cantorem, Succentorem, Pœnitentiarium, & 53. Canonicos; adſunt plures Collegiatæ, & 13. Parochiales in Urbe. In Diœceſi 480. Abbatiæ 14. è quibus 5. ſunt Benedictinæ.

Samorobriva Ambianorum (*Amiens*) clariſſima civitas, & totius Picardiæ Primaria, Cathedralem habet B. Virgini Sacram, quæ inter primas totius Galliæ, ob elegantiſſimam ſtructuram cenſetur, Decanum habet, & duos Archidiaconos, Epiſcop. menſæ annuus cenſus dicitur eſſe 30000. ſcudatorum. In Diœceſi reperiuntur 25. Abbatiæ.

Noviomagi Epiſcopus, (*Noyon*) Comes &

Par Franciæ audit: ejus menſæ cenſus eſt 25000. ſcudatorum. Cathedrali Deiparæ Virgini Sacra eſt, habet Canonicos, & dignitates. In Diœceſi ſunt Abbatiæ 16. Benedictinorum 8. Canonicorum Regularium S. Auguſtini 3. Ciſtercienſium 5.

Bononia, Urbs Morinorum Picardiæ, juxta Oceanum Brittanicum poſita; ejus Epiſcopalis menſæ cenſus eſt 10000. ſcudatorum. In Diœceſi recenſentur Parochiæ 422. Abbatiæ 12.

### §. 7. *De Archi-Epiſcopatu Albienſi, & Suffragan.*

Epiſcopatus Albienſis noviter ab Innocentio XI. P. M. à Bituricenſi Metropoli avulſus, & in Archi-Epiſcopatum erectus fuit, ſubjiciendo eidem Epiſcopatum Caſtrenſem. Archi-Epiſcopus Dominus eſt Civitatis, & Rex nihil ibi habet, niſi Vicarium Juſtitiæ criminalis. Metropolitana S. Cœciliæ dicata, olim habuit Canonicos Regulares S. Auguſtini, quos ſœculari togâ donavit Bonifacius VIII. 29. Septembris anno 1297. tres Abbatiæ ſunt in Diœceſi.

Caſtrenſis Cathedralis (*Caſtres*) dicata eſt D. Benedicto: In Civitate tria ſunt Xenodochia, & 3. Parochiales Eccleſiæ. Menſæ Epiſcopalis cenſus conſiſtit in 5000. libris, quibus junguntur 500. aliæ libræ ex proventibus Abbatis Caſtrenſis. In Diœceſi ſunt duæ Abbatiæ. V. *Robbè p. 1. Geographiæ.*

De

## §. 8. *De Archi-Epiſcopatu Bituricenſi, & Suffraganeis.*

In Diœceſi Bituricenſi, (*Bourges*) comprehenduntur 900. Parochiales Eccleſiæ, diviſæ in 9. Archidiaconatus, & 20. Archipresbyteratus, 34. Capitula Canonicorum ſœcularium, 7. in Urbe, ultra Metropolitanam S. Stephano dicatam; decem adſunt Commendæ ordinis S. Joannis Hjeroſolymitani; Abbatiæ 34. Ordinis S. Benedicti 16. Canonicorum Regul. S. Auguſtini 5. Ciſtercienſium, 13.

Oppidum Arvernorum in Aquitania prima, Cathedralem habet Deiparæ dicatam, in qua ſerviunt 30. Canonici, & quatuor Prælati, adeſt, & Collegiata S. Juliani, cujus Canonici Comites vocitantur. Menſæ Epiſcopalis cenſus eſt 15000. ſcudatorum. In Diœceſi ſunt Abbatiæ 22.

Legodunum Rutenorum (*Rodes*) Urbs Aquitaniæ primæ, in conſpectu Avenionis fluvii in colle ſita, montibus cincta eſt; Epiſcopus ejus Urbis Dominus eſt, cujus menſæ cenſus aſcendit ad 14000. ſcudatorum ſummam. In Diœceſi reperiuntur 8. Abbatiæ.

Divona Cadurcorum (*Cabors*), Provinciæ ſuæ Caput, Nobili Epiſcopatu 20000. ſcudatorum, & Academiâ floret, excitata à Joanne XXII. anno 1331. Epiſcopus titulo Comitis claret. Cathedralis D. Stephano Sacra, habet ſuos Prælatos, & Canonicos. In Diœceſi ſunt Abbatiæ 7. Benedictinorum 3. Ciſtercienſium 4.

Aquitaniæ primæ Civitas, Lemovicum (*Limoges*) Cathedralem habet S. Stephano dicatam;

in qua eſt Decanus, cum pluribus Canonicis. Menſæ Epiſcopalis cenſus eſt 12000. ſcudatorum. In Diœceſi Abbatiæ 23. ſunt, Benedictinorum 12. Canonicorum Regularium S. Auguſtini 2. Reliquæ Ciſtercienſium.

Mimatæ (*Mende*) Epiſcopus cum Rege condominus eſt S. Flori, ac Comitiorum Gabalitanæ Provinciæ Præſes natus. Eccleſia Cathedralis B. Virgini dicata eſt: Capituli prima Dignitas Præpoſitus eſt. In Diœceſi unica numeratur Abbatia.

Anicium, vel Avicium, quod & Podium (*Puj*) Oppidum eſt Velaunorum, Civitas eſt in colle ſita; ejus Cathedralis B. Virgini Sacra, immediatè in Spiritualibus Summo Pontifici ſubjecta, habet Decanum, Præpoſitum, Theſaurarium, Cantorem, Sacriſtam, & 24. Canonicos. Epiſcopus Comes Velaviæ audit, utitur jure Pallii; Civitate & Diœceſi ſunt Abbatiæ 5.

Ex Vabrincenſi (*Vabres*) Regulari Eccleſia S. Mariæ, Ordinis D. Benedicti, Joannes XXII. Cathedralem Eccleſiam conſtituit, eam à Rutelenſi divellendo; Abbatiæ duæ ſunt in Diœceſi.

Tutellenſe (*Tulles*) Capitulum conſtat Decano, Cantore, Præpoſito. In Diœceſi una tantum reperitur Abbatia: Joannes XXII. P. M. hic novum Epiſcopatum inſtituit, cum antea eſſet Abbatia Ordinis S. Benedicti.

Floropolis, ſeu S. Flori Urbs (*S. Flour*), Arunniæ Superioris Caput, Epiſcopalem Dignitatem habere cœpit avulſam à Claromontana Diœceſi, auctoritate Joannis XXII. anno 1317. ille enim eſt, qui tot Epiſcopatus in Galliis, & alibi inſtituit. Canonici Regulares, ſeu Benedictini, togâ

togâ ſœculari donati fuerunt à Sixto IV. anno 1476. & ſunt numero viginti, cum aliquibus Prælatis. In Diœceſi ſunt 4. Abbatiæ.

## §. 9. *De Archi-Epiſcopatu Burdigallenſi, & Suffraganeis.*

In Metropolitana Burdigallenſi (*Bourdeaux*) S. Andreæ Sacra, ſunt Decanus, Archidiaconis Medullenſis, Cervenſis, & Blavienſis, Cantor, Theſaurarius, Sacriſta, Scholaſticus, Subdecanus, Subcentor, & 23. Canonici. Diœceſis habet Parochias 400. ſub 20. Archipresbyteratibus. Eſt in eadem Urbe Eccleſia Collegiata S. Severini, Parochiæ 12. Plura Monaſteria virorum, & mulierum. Abbatiæ in Civitate, & Diœceſi ſunt 14.

In Civitate Aginenſi (*Agen*) Cathedralis, S. Stephano Protomartyri Sacra eſt cum 14. Canonicatibus, duæ inibi exſtant Dignitates; videlicet Archidiaconus Major in Diœceſi, ut oculus Epiſcopi, in Capitulo, & Cantor in Choro. Adeſt & Collegiata S. Capraſii. In Diœceſi quatuor ſunt Abbatiæ.

Engoliſmenſis, (*Engoleuſme*) Epiſcopus Archicapellanus audit Regis in Aquitania. Cathedralis S. Petro dicata eſt. In Civitate, & Diœceſi ſunt Parochiæ 250. Abbatiæ 7.

Mediolanum Santorum (*Saintes*) Civitas Aquitaniæ, Provinciæ Caput, ad Caranthanum fluvium, ſita inter Engoliſmam, & Rupellam, media inter Pictavium, & Burdigalam: Territorium habet feraciſſimum. Santonenſis Cathedralis S. Petro dicata eſt; in Diœceſi ſunt 14. Abbatiæ.

 Pi-

Pictavium (*Poitiers*), Caput Pictonum ad Clanum flumen, Cathedralem habet B.Petro dicatam, in qua ſunt dignitates, & 24 Canonici, & in Civitate 24. Eccleſiæ Parochiales, & variæ Eccleſiæ utriuſque Sexûs Regularium. In Diœceſi numerantur Parochiæ 722. ſub 24. Archipresbyteratibus, in quiqus continentur 30. Abbatiæ, Capitula 25. & plures Prioratus.

Veſuna Petracoriorum (*Perigeux*) clara Civitas ad fluvium Ellam, habet Cathedralem S.Stephano dicatam, hodiè dirutam. Collegiata Baſilica S.Frontonis in Urbe eſt unita Epiſcopatui, in qua fit Officium Eccleſiaſticum; Capituli primas tenet Decanus. In Diœceſi numerantur Abbatiæ 7.

Condomii novus Epiſcopatus ab Aginnenſi avulſus per Joannem XXII. P. M. inſtitutus fuit in Monaſterio D. Petri Ordinis S.Benedicti anno 1317. Bulla data Avenione 13. Auguſti, quo diplomate aſſignatur territorium è menſa Epiſcopali Aginnenſi detractum trans Gerumnam.

Malleacenſis Epiſcopatus à Pictavienſi decerptus fuit anno 1317. à Joanne XXII. mutatâ Abbatiâ in Epiſcopalem Eccleſiam; ejus Epiſcopalis menſæ cenſus eſt 4000. ſcudatorum. In Diœceſi numerantur Abbatiæ ſex, quarum duæ ſunt Benedictinorum, una Ciſtercienſium, & 3. Canonicorum Regularium S.Auguſtini.

Lucionenſem Joannes XXII. Abbatiam Benedictinam B.Mariæ in Cathedralem erexit, eam à Pictavienſi avellendo: Monachos Sœculares toga donavit Paulus II. in Cathedrali ſunt Decanus, Cantor, & ſuccentor, Dignitates. Abbatiæ in Diœceſi ſunt 12.

Sar-

Sarlatenſem Joannes XXII. Abbatiam S. Salvatoris Ordinis D. Benedicti, in Cathedralem erexit anno 1317. 16. Jan. Cathedralis dicata eſt S. Sacerdoti Lemovicenſium Epiſcopo. In Diœceſi 3. habentur Abbatiæ.

§. 10. *De Archi-Epiſcopatu Auſcenſi, & decem Suffraganeis.*

In Metropolitana Auſcenſi ſunt 15. dignitates, 20. Canonici, aut nobiles, aut doctores; adſunt etiam 5. laici, Comes Armaniaci, Barones de Montaut, de Pardaillan, de Monteſquieu, & d'Isle, qui cum cœteris præſtant Sacramentum, ſedent in Choro, & diſtributionibus potiuntur. In Diœceſi ſunt 1256. Parochiales Eccleſiæ, 10. Collegiatæ, Abbatiæ 8.

Civitas Aquarum Drabellicarum, (*Aqs*) Aquenſium dicta, Cathedralem habet B. Virgini Sacram, in qua decem ſunt Canonici, inter illos nullæ dignitates, aut Præpoſituræ, ideo in omnibus pares, diſpares tamen ratione promotionis, cujus tempus & gradum ſervant inconcuſsè, ſive Sacerdotes alii ſint, ſive non: duæ Collegiatæ ſunt etiam in Diœceſi: Diœceſis dividitur in 17. Archipresbyteratus, qui 194. Parochias continent, numerantur & quatuor Abbatiæ.

Lactora, Lectora, Lectorium, ac Lactorium nonnunquam pro diverſitate Codicum, & Exemplarium apellatur, Leomanenſis pagi Caput eſt, & totius Vaſconiæ Aquitaniæ munitiſſima in monte poſita, Ægircio flumine, paulo poſt in Garumnam labente ſubluitur; Lectotenſis Cathedralis SS. Gervaſio, & Protaſio dicata exiſtit.

Di-

Dirutâ Sede Epiſcopali Lugduni Convenarum B.Bertrandus ejuſdem Pontifex, & Tutelaris eam inſtaurare cogitavit, & ex ruinis in valle Capraria, nova civitas excitata, cui D.Bertrandi nomen inditum, relictâ Lugduni, & Convenarum apellatione, teſtis eſt *Vitalis*, Alexandri III. Protonotarius; Epiſcopus, *Convenenſis, ſeu S.Bertrandi* Sedem habet in Comitiis Occitanis, ut notavit Catellus. In Diœceſi ſunt Abbatiæ Ciſtercienſium 4.

Capitulum Cathedralis Conſoranenſis duabus conſtat Baſilicis, Beatæ Virginis, & S.Licerii, ab eodem Antiſtite exſtructa, cujus etiam cognomentum tulit; Capitulum conſtat Archidiacono, & 12. Canonicis: in æde D.Lizerii reſidet ſolus Eleemoſynarius. In Diœceſi reperitur una Abbatia.

Aturenſis (*Aire*) Cathedralis D. Virginis Sacra habet ſuas Dignitates, & Canonicos. Diœceſis in 6. Archipresbyteratus dividitur, habentes ſub ſe Parochias 171. Abbatiæ ſunt in Diœceſi 7.

Vaſatenſis (*Baſas*) Urbs ſita eſt in arenoſa parte Aquitaniæ maritimæ. Cathedralis Eccleſia S.Joannem Baptiſtam veneratur, habetque Epiſcopus in ſua Diœceſi Abbatias quatuor.

*Tarba*, Bigerronum caput ad Aturum flumen, Cathedralem habet Deiparæ dicatam, olim ſub regula S.Auguſtini militantem; in cujus Diœceſi Abbatiæ numerantur ſex; Benedictinorum 5. & una Ciſtercienſium.

*Oloro*, ad Gavum, in Benearnenſi Provincia, Epiſcopatûs Sedes, cujus multiplex fuit nominis etymon; in notitia Provinciarum Galliæ vocatur Elloronenſium civitas, Cathedralem habet D.Vir-

gini

gini Sacram. Una Abbatia eſt in Diœceſi S. Vincentii de Luco, Ordinis D. Benedicti.

*Bearnenſium* Civitas hodiè Laſcurra, Cathedralem habet Beatæ Virgini Sacram, in cujus crypta quieſcunt è familia Libretâ, Reges Navarræ Franciſcus Phæbus, & Henricus II. nec non alia cadavera Principum, è ſtirpe Navarrica. In Diœceſi ſunt duæ Abbatiæ Benedictinorum. De Epiſcopis Eccleſiæ Laſcurieſibus? Videatur *Antonius Oibenartus* in accurata notitia utriuſque Vaſconiæ.

Bajonenſis Cathedralis B. Mariæ Virgini, & S. Leoni Sacra eſt; Diœceſis excurrit in Galliam, Navarram, & ulterius in Hiſpanias, ſed ob inſtantiam Philippi II. Regis per Summum Pontificem Vicarius Generalis conſtituitur, pro incolis Hiſpanicæ nationis. In Diœceſi ſunt duæ Abbatiæ. Videatur *Petrus de Marca in hiſtoria Bearn.*

## §. 11. *De Archi-Epiſcopatu Narbonenſi, & 8. Suffraganeis.*

Narbonenſem Civitatem exornat Metropolitanum tēplum juſto Martyri, & Paſtori dicatum, opus miræ magnificentiæ, Sacellis elegantibus exornatum. Metropolitani Capituli primaria Dignitas magnus Archidiaconus eſt. In Diœceſi 4. Abbatiæ recenſentur.

Inter Septimaniæ Urbes Biterenſis Civitas, cujus Dominus eſt Epiſcopus; Baſilica Cathedralis S. Nazario Sacra eſt; in Diœceſi præter 30. Parochias numerantur Abbatiæ 4. quorum 3. ſunt Benedictinorum, una Canonicorum Regularium.

Agatenſis (*Agde*) Epiſcopus, Comes audit, & ut refert *Joannes Bodinus* lib. 1. Reipubl. cap. ult.

ult. jure cudendi monetæ gaudet. Cathedralis S. Stephano ſacra, habet Archidiaconum, Sacriſtam, Præcentorem, Camerarium & 8. Canonicos, qui memorantur cap. 18. de accuſ. Diœceſis anguſtis clauditur terminis, ſunt tamen in ea duæ Abbatiæ.

*Carcaſſo* Volcarum præclara Tectoſagum Civitas, fertilitate ſoli, ædificiorum elegantiâ, & civium opulentiâ, multas Occitaniæ Urbes antecellit; Atace fluvio irrigatur, & in duas partes dividitur, in Superiori parte Urbis, Cathedralis Baſilica in Supercilio montis ſituata eſt. In Diœceſi ſunt 4. Abbatiæ, Villæ longæ Ciſtercienſium; Graſſa, S. Hilarii, & Montis Olivi Benedictinorum.

Volcarum Arecomicorum Nemauſus, in Occitaniæ Regione ſituata Cathedralem habet Deiparæ conſecratam. Menſæ Epiſcopalis cenſus eſt 2500. ſcudatorum. In Diœceſi ſunt 5. Abbatiæ; Benedictinorum 4., & Ciſtercienſium una. Videatur *Jacobus Graſſerus, Baſileenſis, de antiquit. Nemauſen. Gall. Niſmes.*

Lodevenſis Cathedralis Sacra eſt SS. Geneſio, & Vulcranno; Epiſcopalis menſæ cenſus erit 9500. ſcudatorum. Toparcha eſt per Diœceſim Epiſcopus, ratione Comitatûs Montis Bruni, & habet privilegium cudendæ monetæ. Varia ſunt Monaſteria in Civitate, & duæ Parochiæ; in Diœceſi numerantur 3. Abbatiæ Benedictinorum.

Joannes XXII. Abbatiam S. Pontii Benedictinorum, ad Epiſcopatus faſtigium perduxit; Monachos ſœculari togâ donavit anno 1615. Paulus V.; eſt & ipſe Epiſcopus Urbis Toparcha. Diœceſis 200. Parochiales Eccleſias numerat, & duas

duas Abbatias S. Aniani Benedictinorum; & Fontiſcaldi Præmonſtratenſium.

Narbonenſis primæ, Civitas Alecta, ſive Electa Regulares habuit, ſœculari togâ donati fuerunt anno 1530. Epiſcopus Comes audit, ejus cenſus erit 1200. ſcudatorum. Cathedralis B. Virgini Sacra eſt, in qua fragmentum Crucis Dominicæ aſſervatur. In Diœceſi una tantùm eſt Abbatia Jucundenſis, Ordinis S. Benedicti. Joannes XXII. hunc locum in Epiſcopalem Civitatem erexit, ac à Narbonnenſi Diœceſi avulſit.

Montis Peſſulani (*Montpellier*) Abbatiam Paulus V., in Epiſcopatum convertit, & Monachos ſœculari togâ donavit, qui poſtmodum ab Hæreticis pulſi fuerunt, ſed *Crozetus* 27. Julii anno 1569. cœleſtia myſteria revocavit, & *Joyoſa* profugos Canonicos Cathedralis reſtituit.

## §. 12. *De Archi-Epiſcopatu Aquenſi* (Aix) *&* 5. *Suffraganeis*.

Adeſt Aquis ſtudiorum Univerſitas fundata ab Alexandro V. reſtaurata ab Henrico IV. Rege. Metropolitana ſacra eſt S. Salvatori Transfigurato, in qua ſunt 4. Dignitates, & 20. Canonici. In Diœceſi ultra citraque Druentiam recenſentur Parochiæ 370. cum una Abbatia Monialium de Arcella, Ordinis S. Benedicti.

Rejenſis (*Ries*) Cathedralis Patronam agnoſcit B. Virginem de Sede, in Urbe ſunt Cœnobia Minorum, Cappucinorum, nec non Urſellinarum; ſodalitates Pœnitentium, & multa Sacella, & Xenodochia videntur,

Apta Julia Vulgienſium (*Apt*), verſus ortum

tum medio itinere ſita inter Druentiam, & Rhodanum, Epiſcopatum habet nobiliſſimum, cujus annuus cenſus eſt 40000. ſcudatorum. Principis cognomen præfert, quod Fridericus, & Carolus IV. Imperatores, publicis illi diplomatibus Sanxere, & probavit æreæ monetæ fabrica, quam cruce & mitra expreſſam aliàs ad vulgare commercium cudi juſſerat, cujus etiam numiſma hodiê videre eſt. Cathedralis Patrona eſt S. Anna, mater B. Virginis. In Diœceſi 5. ſunt Abbatiæ, S. Euſebii, & Valliſcellæ Benedictinorum; Vallis Sanctæ, & S. Crucis Ciſtercienſium; S. Catharinæ Monialium Ordinis S. Auguſtini.

Cathedralis Vapincenſis (*Vap*) Deiparam Virginem Aſſumptam colit Patronam, & Capitulum conſtat 4. Dignitatibus, & 12. Canonicis, & totidem beneficiatis. In ea Diœceſi ſunt Abbatiæ Monialium de Cloiſſone, & S. Petri de ſubripis. Epiſcopus Comes eſt, & ejus cenſus creditur eſſe 2000. ſcudatorum.

Ciſtaricenſis (*Ciſteron*) Cathedralis B. Mariæ Virgini Sacra habet Præpoſitum, nonnullos alios Prælatos, ac Canonicos; Epiſcopalis menſæ cenſus tenuis eſt. Nullæ Collegiatæ, aut Parochiales ſunt in Civitate. Videatur *Robbæus* in ſua Geographia tom. 1. in Diœceſi ſunt duæ Abbatiæ, una Lura Benedictinorum; altera Croſſien, Can. R. S. A.

Epiſcopus Forolulii (*Feriuls*) etiam in temporalibus Dominus eſt ex donatione Ildefonſi II. Comitis de anno 1203. V. *Chopinus* Sacræ Politiæ lib. 2. Toreneti unica Abbatia Ciſtercienſium eſt in Diœceſi; Cathedralis Patronus eſt S. Leo, Conſtat Capitulum Præpoſito, Archdiacono,

Sa-

Sacriſta, 12. Canonicis, aliis Vicariis perpetuis, ac presbyteris ſœcularibus, totidem Diaconis, & ſex Seminarii Clericis.

§. 13. *De Archi-Epiſcopatu Viennenſi, & Suffraganeis.*

Viennenſis Metropolitana habet Canonicos 20., Decanum, Præcentorem, Archidiaconum, Cantorem, & alias Dignitates. In Diœceſi ſunt 335. Parochiales Eccleſiæ, duæ Collegiatæ, Abbatiæ in diœceſi ſex, quatuor Benedictinorum, una Ciſtercienſium, altera Canonicorum Regularium. V. *Joannes de Lievre*, in Hiſt. Viennen.

Genevum, extremum Oppidum Allobrogum eſt, hic S.Franciſcus de Sales nonageſimus ſextus fuit Epiſcopus; in Cathedrali olim 32. fuerunt Canonici, cum Præpoſito, 11. Capellani, & Seminarii Alumni ſex. In Civitate armamentarium munitiſſimum eſt; in lacu Genevenſi capiuntur Truttæ 100. librarum, de quibus *Gregorius Turon.* lib.7. mirac. c.75. in Diœceſi ſunt Parochiæ 350. quædam Collegiatæ, Abbatiæ 9. Epiſcopus Anicii in Sabaudia hodiè reſidet.

Gratianopolitanus Epiſcopus Princeps eſt, & de præſidentia & præcedentia contendit cum Archi-Epiſcopo Ebrodunenſi, in Comitiis Ordinum Generalium Delphinatûs. Vid. *Choppinus* Pol. Sacræ lib. 2. Gratianopolis, à Gratiano Imperatore nomen accepit. In Cathedrali eſt Decanus cum Canonicis 18. in Diœceſi ſunt 312. Parochiæ, cum Prioratibus 72. comprehenſis Charthuſianorum domibus, & celebri Monaſterio Charthuſiæ, Ordinis Matre. Adſunt 6. Com-

men-

mendæ, Ordinis S. Joannis Hjeroſolymitani, Hoſpitalia 36. Abbatia Ciſtercienſium de Haiis.

In Vivarienſi (*Viviers*) Diœceſi ſunt 3. Abbatiæ, Benedictinorum una Crudatii; Ciſtercienſium duæ Camporum bonorum, & Manſiadæ. Cathedralis S. Vincentio Sacra eſt; Collegium conſtat 40. Canonicatibus. Epiſcopus Comitatum habet, & ejus redditus aſcendere poſſent ad ſummum 8000. ſcudatorum.

Diæ, vel Deæ, & Valentinæ unitæ Cathedralis dicata eſt B. Virgini in Cœlum Aſſumptæ, in ea miniſtrant Decanus, & Canonici 12. in Diœceſi ſunt 200. Parochiæ, Collegiatæ duæ, Preceptoriæ S. Antonii duæ, Abbatiæ Ciſtercienſium duæ Leoncellii, & Vallis Creſcentis, & totidem Commendæ Ordinis S. Joannis, octo Prioratus, & alii Conventuales minores 36. Chartuſia Vallis S. Mariæ, ubi Humbertus Viennenſis Delphinus habitum Regularem ſuſcepit, mortuâ uxore Annâ, anno 1297.

In Mauriennio, Sabaudiæ Civitate, Cathedralis eſt, in qua ſunt 18. Canonici, quibus præeſt Cantor. Epiſcopus Princeps eſt, & ejus menſæ cenſus eſſe poterit 3500. ſcudatorum. In Cathedrali nonnulli Sabaudiæ Principes tumulati ſunt.

## §. 14. *De Archi-Epiſcopatu Ebrodunenſi* (Ambrun) *& Suffraganeis* 5.

Ebrodunenſis Menſæ Archi-Epiſcopalis annuus cenſus creditur 10000. ſcudatorum. Metropolitana Beatæ Virgini Sacra, habet Præpoſitum, Cantorem, alias Dignitates, & 20. Canonicos, quos inter, Rex Chriſtianiſſimus enumeratur, à tempore

pore Franciſci I. ut in aliis Eccleſiis Regni fieri ſolet. In Diœceſi una tantum eſt Abbatia Benedictina Suſcauduni.

In Dinienſi Cathedrali B. Virgini dicata, numerantur Archidiaconus, Sacriſta, Cantor; varii Religioſorum conventus, & ſepta Monialium hic ſunt. In Diœceſi ſunt duæ Abbatiæ.

Graſſa in alpibus maritimis ſub Patrocinio Beatæ Mariæ, nonnullis Civitas, Grimnicenſis ad fluviolum, qui Varum ingreditur; Diœceſim habet Separatam à Vencienſi flumine Lupi; una Abbatia S. Honorati Lirinenſis reperitur Benedict. Cathedralis Vencienſis B. Virgini Sacra, habet Præpoſitum, Archidiaconum, Præcentorem, Sacriſtam, & plures Canonicos. In Diœceſi ſunt 20. Parochiæ quarum 3. Duci Sabaudiæ parent. Hodiè ſunt uniti illi Epiſcopatus.

Octo in Sannitienſi Cathedrali numerantur Canonici, & quatuor Dignitates, quarum Princeps eſt Præpoſitura. Cathedralis B. Virgini Sacra eſt. Menſæ Epiſcopalis cenſus vix creditur pertingere ad 1500. ſcudata.

Glandeva, in Provincia Alpium maritimarum ſita prope Varum fluvium, Cathedralem habet S. Juſto Sacram, cujus Capituli primas obtinet Prępoſitus. Epiſcopalis menſæ cenſus eſſe poterit 1800. ſcudatorum.

In radicibus Alpium maritimarum Separantium Italiam à Francia Nicii Urbs ſituata eſt, ubi Cathedralis S. Reparatæ Sacra, & in ea miniſtrant Canonici 14. dignitates 5., quarum in primo loco habetur Decanus, aut Prępoſitus. Tres in Civitate ſunt Parochiales, virorum Cœnobia 9. Monialium 2. & totidem Xenodochia. Diœceſis 20.

 ſub

ſub ſe continet Oppida, & Comitatum Drapi in territorio Niciæ, ac Villæ Franchæ, ubi Portus; & Abbatiam habet S.Pontii.

### §. 15. *De Archi-Epiſcopatu Arelatenſi, & 4. Suffraganeis.*

Archi-Epiſcopus Arelati, (*Arles*,) Principatûs Montis Draconis titulo inſignitus eſt. Metropolitana Veneratur Patronum S.Stephanum. In Diœceſi ſunt duæ Abbatiæ.

In Maſſilienſi Cathedrali eſt Præpoſitus, & Archidiaconus, 9.Canonici, ac 10. Beneficiati. Circa annum 1160. ex Canonicis Regularibus S.Auguſtini facti ſunt Canonici Sœculares. In Diœceſi ſunt Abbatiæ 3. S.Victoris, Benedictinorum, S. Salvatoris Mon. & Montis Sion Ciſtercienſium.

Tricaſtinenſis Cathedralis S.Petro dicata 40. Canonicos habet, quibus præeſt Decanus; duæ ſunt Collegiatæ in Urbe, & ſex Parochiales. In Diœceſi numerantur Abbatiæ 18. quarum 4. Benedictinorum, Pręmonſtratenſium 3. Ciſtercienſium ſunt 8. reliquiæ Canonicorum Regularium S.Auguſtini.

In Tolonenſi Diœceſi unica notatur Abbatia de Almanara, Monialium. In Cathedrali primas tenet Prępoſitus, Archidiaconus, Sacriſta, Præcentor, ubi eſt Collegiata cum 12.Canonicis. Epiſcopalis menſæ cenſus creditur eſſe 4500. ſcudatorum. Maſſiliâ diſtat 9. milliaribus, cujus portus ampliſſimus.

Arauſicanenſis (*Orange*) Civitatis Epiſcopus dicitur habere 10000. ſcudatorum, pro cenſu an-

annuo. Cathedralis B.Virgini, & omnibus Sanctis ſacra eſt. Commenda nobilis ibi eſt Equitum S.Joannis Hieroſolymitani; nec deſunt Eccleſiæ, & Monaſteria.

### §. 16. *Archi-Epiſcopatu Toloſano, & 7. Suffraganeis.*

Civitatis Toloſanæ Metropolitana, S. Stephano ſacra eſt, primum locum in Capitulo obtinet Præpoſitus. In Diœceſi ſunt ſex Abbatiæ, Ciſtercienſium 3. Benedictinorum 1. Canonicorum Regularium S.Auguſtini 1., Præmonſtratenſium 1.

Apamia, (*Paſmiez*) antiquitus *Fredeacus* dicta, Urbs in Fuxenſi Comitatu, fertiliſſimo totius Occitaniæ ſolo ſita Eccleſiam habet in Cathedralem erectam à Bonifacio VIII. remanentibus ſemper Canonicis ſub Regula S. Auguſtini uſque in hodiernum diem numero 12. & totidem præbendatis ſœcularibus, qui in diſtributione fructuum dimidiam partem Canonicorum adipiſcuntur, adſunt 4. dignitates: variæ in Civitate ſunt Eccleſiæ, & in diœceſi Abbatia S.Voluſiani.

Abbatia S.Teodardi in Epiſcopatum Montis Albani erecta fuit à Joanne XXII. anno 1317. diplomate dato 7. Calend. Julii. Aliàs Mons Albanus eſt locus inſignis, ubertate rerum, & hominum exuberans.

Mirapicum (*Mirepoix*) ad Laertium fluvium à Joanne XXII. P.M. ex Parochiali Eccleſia Diœceſis Toloſanæ, ad Cathedralis faſtigium evectum eſt 8. Calend. Martii anno 1318. Eccleſia Major Patronum agnoſcit S. Mauritium, in cujus Diœ-

ceſi exſtat Abbatia Bolbonæ, Ciſtercienſium. V. *Petrus de Francazal.*

Caſtri Vauri Eccleſia ſituata ſuper Acutum fluvium dicata S. Alano, Diœceſis Toloſanæ, à Joanne XXII. in Cathedralem fuit erecta anno 1318. 8. Cal. Martias. In Cathedrali ſunt 12. Canonici, e quibus tres, dignitatibus potiuntur. Præpoſitus à Capitulo eligendus & confirmandus per Epiſcopum, ad quem ſpectat collatio Archidiaconatûs, & Sacriſtiæ. In Diœceſi ſunt Parochiæ 69. nec non Abbatia Benedictinorum Soricinii.

Idem Joannes XXII. Rivenſem Epiſcopatum à Toloſano avulſit, & in Cathedralem erexit B. Virginis Eccleſiam. In Diœceſi ſunt 4. Abbatiæ, una Leſati Benedictinorum, & 3. Ciſtercienſium.

Idem Joannes XXII. Lombarii Epiſcopatum inſtituit anno 1317. mutatâ Abbatiâ Ordinis S. Auguſtini in Epiſcopatum. Cenſus menſæ Epiſcopalis tenuis eſt: Civitas ſituata eſt trans Garumnam olim Diœceſis Auxitanæ.

Idem Joannes XXII. ex Abbatia S. Papuli, Epiſcopalem fecit Eccleſiam anno 1317. unde credendum erit Menſæ Epiſcopalis cenſum, non adeo pinguem eſſe poſſe. Videatur *Robbè* in Geograph. tom. 1.

### §. 17. *De Archi-Epiſcopatu Avenionenſi, & 3. Suffraganeis.*

Metropolitanæ Patrona eſt S. Maria de Domnis, Canonicis Regularibus commiſſa eſt ab Urbano II. inter quos ipſe Alphonſus Arragoniæ Rex, Provinciæ Comes, voluit cooptari; Regu-

lam iſtam uſque ad Sixti IV. P. M. tempora 1485. Capitulum illibatè ſervavit, dum in ſœculares traduxit, conceſſo Canonicis amictu rubeo Cardinalium inſtar; hæc vero in Metropolim novam inſtituta fuit ab eodem Sixto IV. Papa; in Diœceſi ſunt duæ Abbatiæ. Hæc Civitas anno 1348. à Clemente VI. juris Pontificii facta eſt, emptionis titulo à Joanna Neapolis Regina, Provinciæ Comitiſſa, pretio octaginta millium florenorum auri, ut habetur in Cartophilacio Regio Pariſienſi; Summuſque Pontifex ibi Legatum à Latere, & Vicelegatum in Urbe, ac toto Comitatu Venetiæ, cum ſuprema Juriſdictione conſtituit. Redditus Archi-Epiſcopi faciunt 12000. ſcudatorum annuorum ſummam.

Carpenctoratenſis (*Carpentras*) Cathedralis dicata eſt S. Suffredo, in qua ſunt 12. Canonici, & in Diœceſi 30. Eccleſiæ Parochiales. Una tantum in Civitate, & Diœceſi exſtat Abbatia. 14000. ſcudata annua redditus Epiſcopi ſunt.

In Vaſionenſi (*Vaiſon*) Cathedrali ſunt 4. dignitates ſive Perſonatns, videlicet Præpoſitus, Archidiaconus, Sacriſta, Præcentor, & ſex Canonici; olim erant Regulares Ordinis S. Auguſtini; poſtea ſœculari togâ donati. Nullum in Civitate eſt Monaſterium; in Diœceſi autem ſunt 5. cum una Abbatia Benedictinorum, & altera Monialium ejuſdem ordinis.

Non procul à Druentiæ ripa, fonte Sorgiæ, & Clauſa Valle ſita eſt Cabellio Cavarum, ſeu Colonia Cabellicorum. (*Cavaillon*) Cathedralis S. Verano dicata eſt; in Diœceſi una tantùm reperitur Abbatia.

# CAPUT XII.

## De Epiſcopatibus Exemptis Hiſpaniæ.

### §. UNICUS.

*De Epiſcopatu exempto Legionis.*

EPiſcopatus Civitatis, & Regni, Legionis, in Hiſpaniis non tantum exemptus, ſed Palliatus exiſtit, more Archi-Epiſcoporum Suffraganeos non habentium; ejus Epiſcopalis Menſæ cenſus erit 13000. ſcudatorum. Auctor eſt Iſidorus in hac urbe natos eſſe S. Marcellum Centurionem; & Nonam uxorem ejus, qui 12. Filios Chriſti Martyres habuerunt.

# CAPUT XIII.

## De Archi- & Epiſcopatibus Hiſpaniarum.

DE redditibus Abbatiarum, & Monaſteriorum ſcribit *Lucius Marineus*, & *Bleau*: Hodiè in Hiſpaniis reperiuntur octo Archi-Epiſcopatus, tempore Gothorum plures erant: Oritenſis Eccleſia etiam fuit exempta, 10000. Ducatorum annuorum redditus habens, ſed Metropolitanæ jus illi tribuit Joannes VIII. P. M. ſub Alphonſo M. Rege. Qui omnes nominantur à Rege.

§. 1. *De Archi-Epiſcopatu Toletano, novem Suffraganeis, eorundemque redditibus, Academiis, ac cœteris admirandis.*

Toletano Archi-Epiſcopo: (cujus redditus annui ſunt ducat. 250000.:) licet olim fuerint 22. Sedes Epiſcopales Suffraganeæ, modo numerantur ſolummodo novem. Toletanus autem ipſe Archi-Epiſcopus, primas Caſtellæ novæ dicitur, Crucemque in tota Hiſpania præ ſe ſublimen ferri jubet: Bracarenſi, Hiſpalenſi, & Terraconenſi, fruſtra de Primatu cum ipſo contendentibus. Suffraganei ſunt Cordubenſis, Segovienſis, Chartaginenſis, ſive Murcienſis; Seguntinus, *Sequenca*, ubi Academia; Oxomenſis, ſive Uxamentis, *Oſma*, Segobrienſis; Conchenſis, ſive Conquenſis, *Cuenca*; Giennenſis, ſive Saenenſis, *Jaen*, Valliſoletanus, *Vallodolid*, ubi Academia, & hujus Epiſcopi ſunt redditus ducati annui 15000. Segobrienſis, 8000. Conchenſis, 10000. Jaenſis, 9000. Segovienſis 24000. Oxomenſis, 26000. Seguntini, 40000. Murcienſis, ſive Carthaginenſis, 24000. Admiranda ſunt, quod in Agro Murcienſi, & in ipſa Civitate numerentur ultra 255500. mori; quæ arbores, vermes nutriunt, qui Serici 210000. libras ſingulis annis largiuntur, quæ millionis valorem attingunt. Alumen hic 4000. Ducatorum valorem, quotannis exæquat, *Bleau l.17. Geogr. fol. 62.* in Archi-Epiſcopatu Toletano, Civitas Madritenſis eſt, *Reſidentia Regum*: *Eſcurial*, Sepulchrum eorundem.

§. 2. *De Archi-Epiſcopatu Burgenſi, Suffraganeis, redditibus, & admirandis.*

Burgenſis Archi-Epiſcopus in Caſtella Veteri per Gregorium XIII. inſtitutus, habet Suffraganeos, Pampelonenſem in Navarra; Calaguritanum, *Calahorra*: quæ fuit Patria Fabii Quintiliani, cujus exſtant Orationes Oratoriæ; *Calaroga* autem, in Diœceſi Oxamenſi ſita, fuit Patria S. Dominici, Ordinis Prædicatorum Fundatoris, quod monere viſum fuit, ne quem fallat vocabulorum affinitas. Archi-Epiſcopi annui redditus ſunt 40000. ducati: & Calaguritani, 18000. ducati. & Pampelonenſis 28000. Admiranda ſunt, quod viginti à Civitate Burgenſi leucis, è rupe fons defluat, qui duobus lacubus aquas ſuas miſcet, quibus fluxum ſanguinis patientes, cum ſe lavant, illicò ſanantur; ſimiles aquæ reperiuntur etiam in Sardinia. V. *Vicus, in Sardin.*

§. 3. *De Archi-Epiſcopatu Compoſtellano, Privilegiis Metropolitanæ Canonicorum, 12. Suffraganeis, eorundemque redditibus, ac tempore, & loco, quo Carolus V. depoſito Imperio, Monachum induit, & mortuus eſt; Academiis, Hoſpitalibus.*

De Compoſtellano Archi-Epiſcopo in Galitia per Calixtum II. anno 1124. inſtituto, ejuſdemque juribus, & de Emeritenſi Urbe, quæ in ditione Maurorum tunc erat translati, *Santiago de Compoſtella*, multa agit *Baronius in Annalibus*, *& Ma-*

*& Mariana rerum Hiſpanicarum l.10. c.12.* inſigne eſt Hoſpitale Compoſtellæ, maximis privilegiis, & exemptionibus exornatum, cujus redditus ſunt ampliſſimi. Archi-Epiſcopus habet ſub ſe 12. Epiſcopales Sedes, videlicet Salmanticenſem, ubi Studiorum Univerſitas, famoſa eſt; Abulam, *Avila*, Placentinum; Lucenſem, Aſturicenſem, Zamorenſem; Orenſem; Tudenſem; Pacenſem, ſive Badajocenſem; Mindorienſem; Caurienſem, in Extremadura; Civitatis Roderici. In Badajocenſis Diœceſis Monaſterio, Ordinis S. Hjeronymi, S. Juſti nuncupato, Carolus V. Imperator, depoſito Imperio vixit, & anno 1558. ibidem piè objit. Inter plures Canonicos Compoſtellanos, ſex vel ſeptem Cardinales nuncupantur, *Joanne Mariana* teſte, *l.10. de reb. Hiſp. c.6.* quibus ſolis, conceſſu Paſchalis II. P. M. Sacrum ſolenni ritu facere licet in ara Maxima, ſub qua Beati Jacobi Apoſtoli pretioſa lipſana recondita ſunt. Archi-Epiſcopi redditus annui ſunt 50000. Lucenſis, 10000. Tudenſis, 6000. Abulenſis, 15000. Badajocenſis, 18000 Placentini, 80000. Caurienſis, 26000. Aſtoricenſis, 10000. Zamorenſis, 20000. Civitatis Roderici, 10000. Orenſis, 11000. Mindonicenſis 4000. Salmanticenſis, 14000. annui ducati. Abula, patria fuit S. Thereſię, Carmelitanæ diſcalceatæ, ac earum inſtitutricis.

### §. 4. *De Hiſpalenſi Archi-Epiſcopatu 3. Suffraganeis, redditibus, ac numero Canonicatuum, Capellaniarum, ac beneffíciorum Diœces.*

De Hiſpalenſi Archi-Epiſcopatu, Academia,

mia, & Dignitate in Bætica, *Sevilla en Andaluzia*, agit *Franciſcus Paciecus ab Ortelio*, in Theatro Orbis terrarum; ſubſunt autem eidem 3. Suffraganeatus, Gaditanus, ſive Gadium, *Cadiz*: Quadienſis, olim Accitanus: *Quadix*: Canarienſis, ſive Fortunatarum Inſularum. Redditus Archi-Epiſcopi ſunt annui ducati 20000. Canonici Metropolitanæ 40. Capellaniæ 2000., beneficia ſimplicia 600. in Diœceſi. Gaditanus Epiſcopus gaudet redditibus annuorum ducatorum 10000., & Quadienſis, 8000.

§. 5. *De Granatenſi Archi-Epiſcopatu, ejuſdem Suffraganeis, ac redditibus, & Academiis.*

Archi-Epiſcopatus per Alexandrum VI. fuit inſtitutus, qui & Caſtellum S. Angeli Romæ munivit; ſubſunt eidem duo ſuffraganeatus, Malacitanus, & Almerienſis. Granatenſis Metropolitanus gaudet annuis redditibus ducatorum 4000. Academiâ inſuper claret Granata, à Carolo V. anno 1531. inſtituta; urbs Granatenſis, anno 1492. Mauris erepta fuit. Malacitanus Epiſcopus habet redditus ducatorum 50000. & Almerienſis, 6000. annuorum.

§. 6. *De Archi-Epiſcopatu Valentino, 3. Suffragan. redditibus, Academiis, & ſimilibus.*

Valentiam bene depingit Mariana, rerum Hiſpanicarum lib. 12. c. 19. Archi-Epiſcopatus per Innocentium VIII. anno 1492. inſtitutus, habet Academiam, & tres Suffraganeatus, Majoricenſem, ſive Balearium Inſularum, vulgò *Mallorca*,

ubi

ubi etiam Academia eſt; (Yuica caret venenatis animalibus, ſicut & Melita Equitum Rhodiorum; Formentera, Scatet iiſdem:) Orionalum, *Orihvella*, Albararicenſem, qui ab anno 1171. fuit cum Valentino conjunctus, ſed à Gregorio XIII. petente id Philippo II. Sejunctus anno 1577. Redditus habet annuos ejus Epiſcopus 6000. ducatorum. Majoricenſis, 20000.. Valentinus, 30000.

§. 7. *De Cæſar Auguſtano Archi-Epiſcopatu, 4. Suffraganeis, Academiis, redditibus, & ſimilibus.*

Archi-Epiſcopatum (: *Saragozza*:) in Arragonia, Joannes XXII. inſtituit; eſtque ibidem Academia, & Hoſpitale dives; ſubſunt eidem, quatuor Epiſcopales Sedes; Oſcenſis, *Hueſca*, ubi Academia: Jacenſis, *Jacca*: Turiaſonenſis, *Tarazona*: Barbaſtrenſis, *Barbaſtro*. Archi-Epiſcopus redditus habet annuos 45000. ducatorum, & civitas continet templa majora 17. Monaſteria 14. Jacenſis, redditus ſunt annui ducati, 4000. Turiaſonenſis, 20000. Oſcenſis, 13000. Balbaſtrenſis, 8000.

§. 8. *De Terraconenſi Archi-Epiſcopatu, 8. Suffaganeis, eorundemque redditibus, Hiſtoriis, ac admirandis Catalauniæ.*

Metropolitana Sacra eſt D. Theclæ, habet Civitas, & Diœceſis 28. Benedictinas, & Ciſtercienſes Abbatias: Principatum Terraconæ: ducatus duos, Montis albi, & Cardonæ; Marchionatus 5. Comitatus 18. Vice Comitatus 14. jus dicit octo

Suf-

Suffraganeis, nimirum 1. Barcinonenſi (:*Barcellona*:) cujus Cathedralis S.Cruci dicata eſt, & annuos redditus habet hic Epiſcopus 12000. ducatorum; & in Civitate, ſtudiorum Univerſitas exiſtit 2. Helenenſi (: *Elna* :) 4000. ducatorum annuorum. 3. Gerundenſi, (*Girona* :) 10000. duc. 4. Ilerdenſi, (*Lerida*) ubi floret Academia, & redditus annui Epiſcopi ſunt 12000. 5. Vicenſi, olim Auſonenſi (*Vich*) 6000. duc. ann. 6. *Celſonenſi*, (: *Solzana* :) 6000. ducat. 7. Urgelitano, (: *Urgel*: ) 9000. duc. ann. 8. Dertuſanum, (*Tortoſa* :) reddituum annuorum, 14000. Archi-Epiſcopi autem redditus annui ſunt 30000. duc. Mirabilia autem, ſeu mirabilia, naturæ, & gratiæ, quæ Regionem aliquam condecorare ſolent, in Catalaunia ſunt penè innumera: Stuporem excitat in Roſſelionis Comitatu, quidam in Pyrrhenæi vertice altiſſimus Mons, *Canus*, à nivium canitie nuncupatus, quibus eſt opertus, hyeme, ac æſtate: in cujus cacumine, lacus eſt ingens; in quem, ſi quis conjecerit lapidem, tumultuantur illico aquæ, ac vapores mittunt in Cœlum; quibus in formidabiles nubes converſis, continuo tempeſtas adeſt, fulgurat, tonat, grandinat. In Epiſcopatu Gerundinenſi, reperitur alba, tenuiſque arena, quæ (: ſicut in Lybia :) vento, hinc inde, magno cum itinerantium periculo circumfertur. Invenitur in Cardonenſi Ducatu, nativi, ſaluberrimique Salis multicolor Mons: (in cujus vicinia 22. Decembris anni 1711. Gallico-Hiſpanicæ Ducis Vandomii Copiæ, à Cœſareis Caroli VI. & III. & Confœderatis militibus, triumphante Mareſchallo de Staremberg, cœſæ, & profligatæ fuerunt, eodem die quo idem Carolus, Francofurti

in

in Imperatorem Coronatus fuerat; & ſic Fortalitium Cardonæ ab obſidione Gallica liberatum, & obſidentium 18. tormenta bellica, cum commeatu, & aliis intercepta fuerunt:) qui dictus Mons contra ſolem variè refulget, in quo lapidicinarum more cœditur renaſcens: (*Sicut de Oremone Monte in India, refert Plinius*:) renaſci enim, omnibus eſt perſpicuum, imo & eo amplius creſcere montem, quo magis ſal in ejus cœditur fodinis: aliud etiam in eo mirabile, quod cum locus, in quo reperitur ſal, ſterilis ſit, nihilque gignat; pinos tamen, & vites plurimos habeat. Adeſt, & in Catalaunia, ſeptem leucis Batcinonâ diſſitus Mons Serratus, à Thaumaturga Imagine B. V. & inſpiratione ibidem facta S. Ignatio Loyolæ, aliiſque miraculis celeberrimus; ad cujus loci majeſtatem augendam, Carolus III. Rex Hiſpaniarum, non mediocres impendi fecit pecunias: donavit etiam gladium proprium pretioſiſſimis gemmis ornatum, antequam primà vice exiret in campum 1705. ſunt ibi Benedictini num. 80.

In Catalaunia ſciſſæ ſunt Petræ tempore mortis Jeſu Chriſti, in locis Montis Serrati & S. Michaëlis del Fago. *Fr. Angelus del Pas, Ord. Min. ſuper ſymb. Apoſtol. verbo Crucifixus*. Bareinona fuit prima Civitas Hiſpaniæ, quæ per ſe liberata fuit à jugo Sarracenorum dans ſemetipſum liberè Carolo M. & Ludovico Pio. *Zurita l. 1. c. 24.* S. Damaſus P. fuit Barcinonenſis, S. Raymundus de Pennafort, Barcinonenſis, primus fuit, qui ſcripſit ad caſus Cõſcientiæ. *Ita Proclamatio Catholica* a. 1640. *fol.* 160. D. Raymundus, Barcinonenſis, fundator Ord. Calatravæ a 1158. Tres Philoſophi Inſignes fuerunt Barcinonenſes, Joannes de Rupeciſſa, Arnol-

noldus de Villanova, Raymundus Lullus, qui 390. libros compoſuit.

Numerantur aliàs in Catalaunia Regiones 67. nemora Roſmarini, Nardi, & Olivarum 10. Montes 127. planities 16. flumina 46. Abbatiæ, & Chartuſiæ plurimæ, Parochiæ 30000. Celeberrima eſt Urbs Barcinonenſis, cujus Conſules numero 6. Grandatûs honore gaudent, & privilegium habent pileum capiti imponendi, coram Rege. In hanc Civitatem ingreſſus eſt ſolemniter Carolus III. Rex 6. Novembris Anni 1705. Fuit obſeſſa à Gallicis militibus 9. Aprilis, anni 1706. liberata 12. Maji, ejuſdem anni, cum acquiſitione 106. tormentorum bellicorum, totius commeatûs, & aliarum rerum.

*Oratio, quam fecit Carolus III. Rex, ante Imaginem Beatæ Virginis Montis Serrati, in Catalaunia, dum proprium gladium, à 1705. ibi offerebat.*

O Beatiſſima Virgo, quæ in Sacris literis nigra apellata es, & per quam Reges regnant, hanc oblationem humillimo corde offero, & commendo Me, & Meum Regnum in tuam Sanctiſſimam Protectionem. Amen.

# CAPUT XIV.

## De 3. Archi- & 18. Epiſcopatibus Luſitaniæ.

### §. 1. *De Archi-Epiſcopatu Bracarenſi, 5. Suffraganeatibus, ac eorum inſtitutionibus, ac annuis redditibus.*

PAſcalis II. P. M. anno 1123. hunc Archi-Epiſcopatum inſtituit; ejus Suffraganei ſunt Mirandenſis, à Paulo III. confirmatus, habens redditus annuos ducatorum 10000. Portugallenſis, *Puerto*, qui fruitur ducatis annuis 15000. Quardienſis, ſeu Igditatenſis, colligit ex ſuo Epiſcopatu 22000. ducatos annuos. Viſenſis vero 16000. Lemecenſis, 10000. Civitas Bracarenſis, etiam in temporalibus Archi-Epiſcopo paret, unde colligit 4000. ducatos annuè.

### §. 2. *De Archi-Epiſcopatu Eborenſi, & Suffraganeis.*

Eborenſis Archi-Epiſcopatus per Paulum III. anno 1541. inſtitutus, vulgo *Evora*, habet duos Suffraganeos; Silvenſem, ſive Algarbienſem, in Urbe *Faro*: & Tingenſem, in Africa, vulgò *Tanger*, unitus cum Septenſi in Africa, ſeu Barbaria, Vulgò *Ceuta*.

### §. 3. *De Archi-Epiſcopatu Ulyxiponenſi, 11. Suffraganeis, eorundem redditibus, ac numero Parochiarum, Monaſteriorum, Clericorum, Monachorum, Monialium, animarum Ulyſſipone reperibilium, aliiſque admirandis.*

Archi-Epiſcopatum confirmavit Bonifacius IX. P.M. anno 1590. & ſubdidit eidem, ultra Epiſcopatus Inſularum Maris Atlantici, itemque Africæ, Æthiopiæ, ſeu Quineæ, & Braſſiliæ 11. Suffraganeos, qui ſunt: Conimbricenſis, 40000. ducatorum annuorum; Portalegrenſis, 8000. ducatorum, Helvaſenſis, 10000. duc. Albenſis, Lerienſis, Funchalenſis, in Inſula *Madera*; Anguenſis, in Inſula *Tercera*; Congenſis, ad oram Africæ; Hiſperidum Inſulæ, vulgo Capitis Viridis; in Inſula, & Urbe S. Jacobi; *Cabo Verde, S. Jago*. S Thomæ; Braſſilienſis, in Urbe Bahia omnium Sanctorum. Archi-Epiſcopi Ulyſſiponenſis annui redditus ſunt ducatorum 40000. ſunt aliàs Ulyſſipone 40. Parochiæ, in quibus centum, & decem mille, & octingentæ ſunt animæ; præter 300. Clericos in eiſdem miniſtrantes; adſunt ibi 20. Monaſteria, cum Monachis 2365. Monialium Cœnobia 18. in quibus Moniales 1830. degunt. In Macello Ulyſſiponenſi, omni anno mactantur 15000. boum, 100000. ovium, 15000. caprarum: ita ut vectigal carnium, in macello veneuntium, in ſingulos annos locetur 50000. ducatis.

CA-

# CAPUT XV.

## De 7. exemptis Epiſcopatibus Germaniæ.

### §. 1. *De Epiſcopatu Viennenſi. Germ. Wien.*

PAulus II. Venetus, P.M. petente Friderico III. Imperatore, Epiſcopatum Viennenſem exemptum inſtituit anno 1468. Epiſcopus Imperii Princeps eſt; à Canonicis Cathedralis S. Stephano dicatæ non eligitur, ſed nominatur ab Imperatore, ut Archiduce Auſtriæ, Diœceſis continet tantùm 14. Parochias; quæ una cum Civitate avulſæ fuerunt à Juriſdictione Epiſcopi Paſſavienſis. Viennæ nulla alia Parochialis, aut Collegiata exiſtit; multa autem Monaſteria, Eccleſiæ, Abbatiæ, diverſorum Ordinum, & Utriuſque Sexûs reperiuntur. Urbs eſt fortiſſima, quæ plures Turcarum obſidiones, & aſſaltus eluſit. Mauſolæum Auſtriacorum Cœſarum in hac Urbe notatur; ubi corpora illorum apud PP. Auguſtinianos diſcalceatos; Corda, apud PP. Cappucinos; & viſcera, in Cathedrali reponuntur, præſertim Ferdinandi, Leopoldi, Joſephi. In Frontiſpitio Imperialis Palatii, videntur, quinque Vocales exciſæ, A. E. I. O. V. Quarum non incongrua explicatio: Aquila Electa Juſtè Omnia Vincit. *Vel*: Auſtria Erit In Orbe Victrix. Adeſt ſtudiorum Univerſitas. Franciſcus Ferdinandus ex Baronibus de Rommel hìc Epiſcopus eſt.

§. 2. *De Epiſcopatu Neoſtadienſi Auſtriæ:* Neüſtatt.

Idem Paulus II. qui ad inſtantiam Friderici III. Imperatoris exemptionis jura, Viennenſi contulerat, eadem Neoſtadienſi (: *Neüſtat*:) conceſſit: eſt de jure Patronatus Archiducali: in hac Civitate, variæ ſunt Eccleſiæ Franciſcanorum, Capucinorum, & Monachorum Ordinis S. Pauli, Primi Eremitæ; Canonicatus Cathedralis modici redditûs confert Epiſcopus. Ipſa Urbs, quadratæ formæ, forti muro circumdata eſt, & Caſtello proviſa, in quo Maximilianus, avus Caroli V. natus eſt; & in eo incarceratus, habitu ementito profugit Ragozius, horribiles tricas, & rebelliones in Hungaria excitando.

§. 3. *De Epiſcopatu Uratislavienſi, Sileſiæ,* Preslau.

Juri Metropolitico Gneſnenſi olim obediebat hic Epiſcopus; ſed Sileſiâ Statibus hæreditariis Cœſareis adjectâ, & Coronæ Polonicæ detractâ, Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectus fuit Epiſcopus. Princeps, ac Supremus Capitaneus per Utramque Sileſiam audit; eligitur à Canonicis, magnos habet redditus, circiter 70000. ſcudatorum Romanorum. In Civitate multæ ſunt Eccleſiæ; Urbs autem eſt fortiſſima, pulchriſque plateis, & ædificiis exornata; Cathedralis D. Joanni Sacra eſt, ſituata ad latus Urbis, in Inſula; adeſt & ibi Collegiata S. Crucis, & in Diœceſi altera Neuſſii; nec deſunt Monaſteria Præmonſtratenſium,

ſium, Rubeæ Stellæ, Equitum Theutonicorum, & Melitenſium. Nuper novum Studium bonarum Artium ibi fuit erectum Generale, & docent Patres Societatis Jeſu. Canonici Uratislavienſes ad pectus geſtant caput S. Joannis Baptiſtæ, inſimul cum catena aurea, quibus Innocentius XII. P.M. conceſſit, ut ſupra Rocchettum, rubro palliolo uti poſſint. In eligendis Abbatiſſis, Epiſcopus jus ſuffragii habet: & ſi Moniales forte in electione diſſentiant, ſuo voto controverſiam dirimit: & pleraque Monaſteria, & Abbatiæ ſunt in Patrimonio Principis territorialis; unde cum lis aliqua eis movetur, Cœſareus Fiſci Advocatus ipſis præſto eſt, qui operam dat, ne quid res Principis detrimenti capiat: quod planè ſingulare eſt. *Bleau f.*47.

§. 4. *De Epiſcopatu Bambergenſi*, Bamberg.

Epiſcopus unus eſt ex illis, qui convocant Status Circuli Franconici, cum Marchione Brandenburgico, imo Circuli Director audit: eligitur à Canonicis Capitularibus antiquâ nobilitate præclaris, Otto III. Imperator, complura in Carinthia loca, Oppida, & Pagos Epiſcopatui conceſſit; præterea Vicum Abach, prope Ratisbonam ſitum; inter privilegia, & jura eximia, quo Epiſcopatum Cœſar decorari fecit, primarium eſt, quod eum nulli Archi-Epiſcopo, ſed immediatè Romanæ Sedi ſubeſſe, & omnes Germaniæ Epiſcopos antecedere voluerit: quam quidem prærogativam, ut ei à Summo Pontifice impetraret, cenſum annuum centum marcarum auri, & equum candidum phaleratum Benedicto VIII. Papæ pollicitus eſt; quem tamen deinde Beneven-

tanæ Civitatis, in Regno Neapolitano ſitæ, traditione redemit. *V. Limn. add. ad l.4. c.7.* §. 270. *Freh. not. ad Pecr.7. de Andlo c.25. p.216. Imhoſ. in Not. Proc. Imp. imp. a.* 1687. Ea cœteroquin Ditionum ad Epiſcopatum pertinentium eſt amplitudo, ut 71. Præfecturas complectatur, quarum 15. in Carinthia ſunt ſitæ, reliquæ in ipſa ditione, cujus Civitatem Bambergenſem, liberam antehac, ſub ſœculi 14. finem ſubjugaſſe memoratur Lambertus Epiſcopus. Varia fuerunt in Civitate, & Diœceſi Hoſpitalia, quæ auctoritate Clementis XI. P.M. anno 1711. ad inſtantiam Lotharii Franciſci Epiſcopi, uni magno Hoſpitali unita fuerunt. In Diœceſi ſituata eſt Civitas Norimbergenſis, quæ arcubus Triumphalibus, Neo Coronatum Carolum VI. Imperatorem, Francofurto reducem 17. Januarii 1712 excepit; ibi etiam aſſervatur Pallium Caroli M. Imperatoris: eſt Norimbergæ Inſignis Commenda Ordinis Theutonici, ubi exercitii Catholici Præſes eſt hodiè D. Joannes Filſer, Protonot. Apoſtolicus. Ord. Theut. Presbyter.

§. 5. *De Epiſcopatu Olomucenſi, Moraviæ,* Olmiz.

Epiſcopus eligitur à Canonicis, qui Licentiati, aut Doctores in Sacra Theologia, aut Jure Canonico eſſe debent, nec ibi nobilitas attenditur. Epiſcopus audit Imperii Princeps, ac Regiæ Capellæ Bohemicæ Comes: Decanatus in hac Cathedrali prima Dignitas eſt, & confertur à Summo Pontifice, Menſæ Epiſcopalis cenſus, ad 60000. ſcudatorum aſcendere dicitur; Diœceſis vaſtiſſima eſt, & ultima Germaniæ, cujus limites ſunt Hungaria, habet Collegiatam Brunenſem,

plu-

plurimas Parochias, Abbatias, Collegia Societatis Jeſu, & aliorum Regularium utriuſque Sexûs Monaſteria. Olomucenſis Civitas anno 1642. à Sueco Torſtenſonio capta fuit, qui magnum pretioſarum rerum theſaurum ſuſtulit; anno 1643. in Cathedrali Eccleſia, ſub oſſium collectorio, inventus fuit tantus theſaurus, ex templi ornamentis conſtans, ut curribus Suecus in Pomeraniam illum devehi curaret. *W*olfgangus Hannibal de Schrattenbach 15. Sept. 1711. electus fuit Epiſcopus.

§. 6. *De Epiſcopatu Tridentino*, Trient.

Eligitur hic Epiſcopus à Canonicis, & ſunt numero 18., quorum ex Privilegio Pauli III. 6. debent eſſe nobiles, totidem Doctores, & reliqui debent eſſe Tyrolenſes, aut Auſtriaci, licet non ſint doctores, nec nobiles, Decanatum confert Summus Pontifex, utpote primam dignitatem in illa Eccleſia, uti & Olomucii; Præpoſituram dat Imperator: ob Concilium Generale ibi habitum, famoſior hæc Urbs fuit reddita, ubi novum exurgit Collegium Patrum Societatis Jeſu; nec deſunt varia Monaſteria Mendicantium, & aliorum. Epiſcopalis menſæ cenſus creditur eſſe 20000. ſcudatorum. Epiſcopus eſt Princeps. Diœceſis partem Italiæ, & medietatem Tyrolis, Bolzanum incluſivè comprehendit: quam Urbem Conradus II. Epiſcopatui adjecit: Theodoſius Imperator, valles Legerinam, & Urſicinam; & Carolus M. Civitatem Reiff, & dominium Judiciarium donavit; exſtant varia concordata, inter hunc Epiſcopum, & Domum Auſtriacam. Jovinus hic fuit primus Epiſcopus. S. Hermagoras hic primam ædem vero Deo ſacram condidit. Organum, in Cathedrali, nobiliſſimum eſt.

§. 7. *De Epiſcopatu Labacenſi, Germanicè* Laybac, *Ital.* Lubbiano.

Epiſcopatum Auguſtiſſimus Imperator Fridericus III. cum Eleonora Regina Portugalliæ Auguſta conjuge munificentiſſimè reſtaurarunt, noviter Epiſcopatum erigendo, & dotando; additis, Præpoſiturâ, inſulâ conſpicuâ, Decanatu, & 12. Canonicis, confirmante Pio II. P.M. Magnis interea privilegiis, gratiiſque Epiſcopatum proſecuti ſunt Terræ Principes, videlicet exemptionis ab omni Metropolitico, ſeu Patriarchali poteſtate; nec non altera Prærogativa, qua Epiſcopis Principis Dignitas collata fuit. Hi ab Imperatore, quà terræ Principe, ac Duce Carniolæ denominantur, ac inſtituuntur, confirmante Sede Apoſtolica, cui ſubeſt. Præpoſiti pariter, ac Decani, nec non Canonicorum aliqui à ſua Majeſtate Cœſarea, alii ab Epiſcopo, uti in ſpecie, ille, qui eſt ab Baculum, ac nonnulli recenter à Patronis, qui eoſdem liberali ære fundarunt, conferuntur & præſentantur. Epiſcopi porro licet Symbola ſua in ærarium Provinciæ tantùm conferant, nihilominus Principibus Imperii, ad circulum Auſtriacum ſpectantes, accenſentur; ſeſſionem ac Suffragium in Comitiis Provincialibus, inter Prælatos, primo loco obtinent; gaudent præterea immunitate à Teloniis, & jure gladii in dominio Görtſchach; poſſident in Styria dominia Oberburg, Altenburg, & Ruteneck, quorum circuitus Juriſdictionis ſe ad 3. milliaria circiter extendit; in Carniola dictum Caſtrum Görtſchach, & Palatinatum Labacenſem, vulgo Pfalz Layba-

ch,

ch, è quibus Altenburg, & Rudeneck, Magnus Præſul Labacenſis, Thomas Chrön, liberali ære illud à Dominis *W*agen à *W*agensberg, hoc à Domino *W*olffgango à Gaiſuck comparavit, ac Epiſcopatui adjunxit: reliqua ab Auguſtiſſimis Imperatoribus promanarunt, ita ut Menſæ Epiſcopalis cenſus ad 50000. ſcudata ſe extendat. Cathedralis D.Nicolai, nuper funditus dejecta, & reædificari cœpta ad normam Andreæ de Puleis, è Soc. Jeſu, noſtri ævi Architectorum facilè Principis 6. Junii 1701. & finita eſt 29. Julii anno 1706. Sigiſmundus Chriſtophorus ab Herberſtein, a. 1683. hic factus eſt Epiſcopus; renuntiavit Epiſcopatum a. 1701. & ad PP. S. Philippi Nerei Peruſiam migravit. Carolus Franciſcus à Kauniz, ex Auditore S.Rotæ R. hic fit Epiſcopus a. 1711.

## CAPUT XVI.

### De 7. Archi-Epiſcopatibus, 50. Epiſcopatibus, Præpoſituris, Canonicatibus, & eorundem Electionibus, nominationibus, ac juribus Germaniæ.

ORdinariè Archi- & Epiſcopatus Germaniæ ſunt electivi à Capitulo. Imperator nominat Archi-Epiſcopum Pragenſem, uti ejuſdem Suffraganeos Litomericenſem, & Reginæ Græcienſem; uti & Epiſcopos Viennenſem, Neoſtadienſem, & Labacenſem; Confert Summus Pontifex, Præpoſituras Friſingæ, Conſtantiæ, Curii, Brixinæ, Ratisbonæ, Cathedralium; & Deca-

natus Olomucii, & Tridenti, uti & reliquas Præpoſituras Collegiatarum, in toto Imperio, exceptis Præpoſituris S. Bartholomæi Francofurti, & Collegiatarum S.Germani, S.Guidonis, & Omnium Sanctorum Spiræ; & SS.Petri, & Pauli Halberſtadii; ubi Canonici Cathedralium, à Capitulo eligit ſolent in Præpoſitos. In conferendis Canonicatibus per obitum, Summus Pontifex gaudet alternativis menſibus; reliquos habet, aut Epiſcopus, Capitulum, aut Turnarius.

### §. 1. *De Archi-Epiſcopatu Moguntino*, Germ. Mainz. *Italicè* Magonza, *Gall.* Mayence.

Archi-Epiſcopus Moguntinus, Sacri Romani Imperii Archi-Cancellarius; Princeps Elector, & Electorum Decanus audit; habet ſub ſe Suffraganeos duodecim; & habet Circuli Rhenani inferioris Directorium. Archi-Epiſcopalis menſæ redditus 200000. ſcudatorum ſuperare dicuntur, habet enim ſub ſe multos Principatus, Comitatus, Baronias, Dominatus, Civitates, Oppida, & pagos, in quibus non ſolum in Eccleſiaſticis, ſed & in temporalibus Dominus eſt cum jure gladii. Civitates præcipuæ ſunt Moguntia, Höchſtium, Aſchaffenburgum, Erfurtum, Frideslaria, Heiligenſtadium, Duderſtadium, Lohra: Varias habet Satrapias; Ober-Ingelheim, Algesheim, Rhingaviam, Königſtein, Rhineck, Krautheim, Biſchoffsheim, Königshoven, Amorbach, Mildenberg, Klingenberg, Procelten, Steinheim, Bensheim, Heppenheim, Gernsheim, Dieburg, & alias, quibus omnibus plurimi ſubſunt pagi; in qui-

quibus reſpectivè plures ſunt Parochiæ, Monaſteria diverſorum Ordinum, & in aliquibus Collegiatæ, & etiam Equeſtres.

Metropolitana 25. habet Canonicos Capitulares, totidem Domicellares; ad quorum collegium jure dominii pertinet Oppidum Bingium ad Rhenum. Exiſtunt quatuor Prælati ex Privilegio Summorum Pontificum infulati, & ſunt Præpoſitus, Decanus, Cuſtos, & Cantor; Præpoſitus habet Seſſionem in Imperio, quod nulli Præpoſitorum ſimplicium, & non Principum, conceſſum eſt.

In Civitate, & Diœceſi 6000. beneficiorum numerantur, quæ ut plurimum conferuntur ab Archi-Epiſcopo; ipſe enim ultra ſuos, etiam gaudet menſibus alternativis Pontificiis conferendi beneficia. Abbatiæ variorum Ordinum numerantur 55. in Diœceſi. Collegiatæ in Civitate & Diœceſi ſunt plurimæ, quarum Præpoſituras omnes, exceptâ Metropolitanâ, confert Summus Pontifex, quia ſunt in illa Diœceſi primæ Dignitates. De jure coronandi Imperatorem, videatur *mea Germania Purpur.*

Moguntiæ, Collegiatæ ſunt S. Stephani, B. Virginis, S. Joannis, S. Gangolphi, S. Mauritii; extra muros S. Albani, S. Ferrutii, Equeſtres; S. Victoris, S. Petri. S. Crucis: Francofurti 3. ſunt Collegiatæ, S. Bartholomæi, B. Virginis in monte, S. Leonardi: Erfurti duæ ſunt Collegiatæ, B. Virginis; & S. Severi: Frideslariæ una, S. Petri: & Aſchaffenburgi altera SS. Petri, & Alexandri. Adeſt ſtudiorum Univerſitas.

Sa-

## SECTIO I. *De Epiſcopatu Argentinenſi*, Germ. Strasburg.

Epiſcopus Imperii Princeps, & Landgravius Alſatiæ audit. Cathedralis 12. habet Canonicos Capitulares, & totidem domicellares, qui ut plurimum Principes, Duces, Marchiones ſunt, aut Imperii Comites ad minus eſſe debent. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt ſcudatorum 100000. quæ colliguntur partim ex feudis Oppidorum Tabernæ, & Molshemii, & aliorum, partim ex decimis, partim ex teloniis. Diœceſis vaſtiſſima eſt ex utraque parte Rheni.

Civitatis Argentinæ, Epiſcopus in temporalibus Dominus non eſt, ſed libera Imperialis audit; variæ ſunt Collegiatæ in Civitate, & Diœceſi: & ſpecialiter ad SS.Petrum Seniorem, & Juniorem, Argentinæ, uti & Neovillariæ, & prope Molshemium. Abbatiæ Benedictinorum ſunt in Möſmunſter, & alibi. Abbatia Sœcularis eſt in Oppido Selz. Patres Societatis Jeſu Collegia habent, & Argentinæ, & Molshemii: Territorium hujus patriæ, & vino, & frumento abundat, ut nihil deſiderari poſſit, quæ utilia ſint humano uſui; omnia Oppida quaſi in planitie ſita exiſtunt, ad latus autem videntur montes Lotharingici. Quantum ipſam Civitatem Argentinenſem fortificaverint Galli? incredibile dictu eſt, ita ut ad illam Civitatem expugnandam vix 100000. milites ſufficere videantur. Turris Cathedralis Eccleſiæ merito admiratur ab Advenis, & dicitur pulcherrima totius Europæ; Horologium illius etiam ad regulas Secretioris Mathe-

ma-

maticæ confectum non invenit parem, cui illud dirigendi ſufficiat animus. Religio Catholica in Oppidis, pagis & terris ad Epiſcopum jure territoriali ſpectantibus, exactè obſervatur.

## Sectio II. *De Epiſcopatu Auguſtano*, Germ. Augsburg.

Prima Chriſtianæ Religionis Semina in Vendelitia à Narciſſo Epiſcopo, ejuſque Diacono Felice, poſtea Gerundii, Terraconenſis Provinciæ Urbe, martyrium paſſis, ſparſa eſſe: vulgaris eſt traditio. Hos enim illa tempeſtate, qua Diocletiani perſecutio, quæ in tertium ſœculum incidit, fervebat; profugos, & Auguſtam delatos, fortunâ apud fœminam quandam Afram, è Cypro oriundam, & meretriciis veneris myſteriis gnaviter lititantem divertiſſe, illamque cum tota familia, ad pietatis, verique Dei cultum perduxiſſe; & Soſymum Hilariæ, quæ Afræ mater erat, fratrem, indito ei in Baptiſmate Dionyſii nomine, primum in Vendelitia Epiſcopum deſignaſſe ferunt.

Inter Succeſſores Dionyſii, Simpertus numeratur, ex ducibus Lotharingiæ, Sorore Caroli Magni editus; hunc Auguſtanam Diœceſim Noricorum finibus auxiſſe, ac Novoburgenſem Juriſdictionem adjeciſſe, Annalium monumentis teſtatum eſt. Sœculi ſpatio remotus ab iſto erat Udalricus Epiſcopus, Hubaldi I. Comitis Kyburgenſis, & Dytbergæ, Burchardo I. Sveviæ Duce prognatæ filius, in Sanctorum claſſem poſt obitum relatus; cui inter alia beneficia, quæ Epiſcopatui exhibuiſſe perhibetur, id etiam adſcribitur,

quod glires è tota Diœceſi exterminaverit, adeo ut nec hodiè aërem Auguſtanum tolerare valeant, uti *Zeilerus è Stengelio refert* . S. Ulrico ſucceſſit Heinricus Comes de Geiſſenhauſen; qui, quod ultimus ſuæ ſtrirpis fuerat, integrum Comitatum avitum Epiſcopatui donavit. Pari titulo Udeſcalcus Epiſcopus C. Eſchenloenſis, anno 1102. mortuus, Caſtrum Eſchenloë, præter Pagos Kulſingen, & Eringen, cum arce Treidentiedt, Eccleſiæ adjecit. Inter omnes de ea optimè meritus eſt Hartmannus Præſul, ultimus Comitum Kyburgenſium, & Dillingenſium; qui Civitatem, & arcem Dillingenſem, nec non Comitatum *W*itislingenſem, & omnes ferè Pagos, uſque ad *W*erdeam Suevicam ſitos ei contulit. Henricus à Knöringen, Dynaſtiam Otilienberg, in Algoja cum adjunctis pagis, caſtris, & decimis, emptionis titulo acquiſivit, & Epiſcopatui incorporavit; unde cenſum Epiſcopalem ad 80000. ſcudatorum ſummam pertingere ajunt; in Civitate Auguſtana ultra Cathedralem tres ſunt Collegiatæ, cum Præpoſitis, S. Petri, S. Mauritii, S. Gertrudis; in Diœceſi Collegiata eſt Dilingæ; adeſt in Urbe Collegium Societatis Jeſu; variorum Regularium Abbatiæ, & Eccleſiæ utriuſque ſexus hìc reperiuntur. Sedes Epiſcopalis Dilingæ eſt, quam Danubius alluit: Comprehenditur Diœceſis, ſub circulo Suevico, & exporrigit ſe ultra Licum, uſque ad fines Diœceſium Friſingenſis, Ratisbonenſis, Brixinenſis, Curienſis, Eichſtettenſis, & Conſtantienſis, à qua per Hilaram fluvium ſeparatur. Præpoſitus Elvacenſis Imperii Princeps eſt, eligibilis à Capitulo, quod conſtat decem Canonicis nobilibus, & duobus Doctoribus, uno in

Sa-

Sacra Theologia, altero in Jure: & ſunt Ignatius Deſiderius à Peitingen, & D. Heim de Heimberg: fuit aliàs Monaſterium Elvacenſe Ordinis D. Benedicti ad Jaxtum fundatum anno 464. ab Hariolpho, & Erlolpho fratribus, & ſucceſſive Epiſcopis Lingonenſibus in Gallia; anno 1460. ſub Abbate Joanne ab Hirnheim in Præpoſituram mutatum, Monachique in Canonicos Sœculares converſi ſunt.

## SECTIO III. *De Epiſcopatu Conſtantienſi*, Germ. Coſtanz.

Conſtantia à Conſtantini Magni patre ſic dicta; ad ripam Rheni Siniſtram, qua Helvetios reſpicit, inter Lacum Venetum, & Acronium, vel Brigandium, habet Cathedralem Beatæ Virgini dicatam, & duas Collegiatas S.Stephani, & S.Joannis, Collegium Societatis Jeſu; in ampla Diœceſi numerantur 22. Eccleſiæ Collegiatæ, 350. Monaſteria, in iis 49. Abbatiæ, inter quas Ordinis S.Benedicti ſunt celeberrimæ, Campidunenſis, S.Galli, Murenſis, Einſidlenſis, Diſſentiſſienſis, omnes Principatûs titulo illuſtres, ultra alias Abbatias ejuſdem Ordinis, quorum Abbates Principes non ſunt, ut eſt *W*eingartenſis, S.Blaſii, & alii. Videatur P. *Bucelinus* in tractatu de Diœceſi Conſtantienſi ſpecialiter a. 1667. edito. Refert etiam *Boterus* in hac Diœceſi, pluſquam 2000. Parochias reperiri; qui tempore Sigiſmundi Imperatoris annotavit, in ea numeratos fuiſſe Sacerdotes 17000. in 66. Decanatibus ruralibus, ſeu Archipresbyteratibus. Epiſcopus Conſtantienſis, Dominus Divitis Augiæ, ſive Rei-

chenoviæ dicitur; & Oeningæ, quæ Præpoſitura eſt in Pago ejuſdem nominis ad lacum Bodanicum ſito, quem Comitatum fuiſſe olim *Zeilerus* in Topographia Sueviæ è Cruſio refert: eſt etiam Director Circuli Suevici, cum duce *Württembergico*, atque in Diætis circularibus primo Sedet loco.

Prædiis, ditionibuſque auctus eſt Epiſcopatus, tenetque præter varia in Tugoja loca, in Imperiali ſolo præcipuè civitates Mersburg, & Machdorff, quarum illa Comitibus de Rordorff quondam paruit, nuncque Sedem, ac domicilium Epiſcopis præbet: namque in ipſa Urbe Conſtantienſi, nulla gaudent juriſdictione temporali, quippe quæ penes Auſtriacos eſt. Reperiuntur in Diœceſi Conſtantienſi, ultra M. Prioratum Alemanniæ, Ordinis S. Joannis Hieroſol. & annexum Principatum Heitersheimenſem, 25. Præceptoriæ ſeu Commendæ ejuſdem, & Teutonici Ord. relatæ à *Bucelino in Topograph. Conſtant. f.* 28.

Hæc Diœceſis Regno Similior eſt, quam Diœceſi, & quidem Regnorum non minimo, ut quæ etiam Regna, nec Regnis minores Provincias complectatur. Alemanniam, propriè dictam, modiciſſimâ demptâ parte, quà proxima Vindeliciæ eſt, totam habet; Sueviæ autem maximam portionem, & pauca ſunt quæ ad integritatem totius Helvetiæ deſiderantur, unde continet in Spiritualibus pagos ſeu Cantones, Tigurinum, Bernatem, Lucernatem: (ubi Nuntius Apoſtolicus reſidet:) Urſellanum, Suitenſem, Sylvanenſem (: in cujus territorio natus eſt B. Nicolaus de rupe, qui 19. annis omni humano cibo abſtinuit;) Tugienſem, Claromenſem, Baſileen-

ſem

ſem verſus littus Germanicum, Soloduranum, Schafhuſianum, & Abbacellenſem. Comprehendit Lintzgoviam, Turgoviam, Hegoviam, Suntgoviam, Briſgoviam (ubi famoſiſſima Fortalitia, Briſacenſe, & Friburgenſe) Herciniam; Provincias: item veteres Ducatus Zäringenſem, Teccenſem, Urslingenſem, *Württenbergenſem*, cum 66. Civitatibus, & Oppidis; Marchionatus Badenſem, Hochbergenſem, Röttalenſem, Rumpsbergenſem, Burgovienſem: Landgraviatus Barrenſem, Klettgovienſem, Stülingenſem, Nellenburgenſem; Comitatus, Zolleranum, Ottingenſem, Fűrſtenbergenſem, Ravensburgium, Altorffenſem, & alios 37. relatos à Bucelino l. cit. fol. 23. Joannes Franciſcus Schenck de Stauffenberg hodiè hic Epiſcopus eſt.

Sectio IV. *De Epiſcopatu Curienſi*, Germ. Chur. *Ital.* Coira. Gall. *Coire*.

Curienſis Epiſcopatus inter eos, quos Rhenus alluit, primus ab ejus fontibus occurrit: Eum *Bucellinus* ab ipſo S. Petro Apoſtolorum Principe fundatum arbitratur, unde & Oppidum Veldkirchium, & adjecta Regio campus S. Petri nominatur; primum tamen Epiſcopum vocat Lucium. In Diœceſi eſt Abbatia Fabarienſis, Principatûs titulo illuſtris, Curio duobus milliaribus diſtans, ad Venerabilem Congregationem Helveto Benedictinam pertinens; adeſt & Abbatia Præmonſtratenſis; variæ Abbatiæ Monialium, maximè in Neűmunſter, Principatûs titulo illuſtris.

Inter Evergetas Eccleſiæ Curienſis celebrantur: Carolus Craſſus Imperator, qui Rotario Epiſcopo anno 881. ditionem, & villam fluminis do-

donavit; Otto Magnus, qui Waldoni anno 940. Pludentum Oppidum Cruſianæ Vallis, nec non ejus Succeſſori Hardoberto, ob damna à Saracenis Epiſcopatui illata, quædam prædia in pago Zizers, & Alſatia dedit; Otto III. qui Waldoni II. anno 995. totum Oppidum Clavenſe in Prægallia conceſſit; Fridericus Barbaroſſa, qui Eginnoni Epiſcopo Principis titulum dedit; Otto IV. Regalia Reinherio impertiit.

Inter Præſules, amplificaſſe Diœceſim prædicantur: Conradus è Baronibus Bellomontis, extructo Caſtro Fürſtenburg, in Atheſina valle, conſenſu Mainardi Auſtriæ Ducis; Henricus è Comitibus Montfortii, emptis arcibus Aſperimontis, & Rhams; Ulricus è Lenzburgiis, comparavit 2500. aureis, caſtra Tumiliaſcæ; Hartmannus, qui Ramuncenſem, & Greiffenſteiniam, ac Haldenſteiniam arces acquiſivit, nec non munificentia Modeſtini, Vice Comitis Mediolanenſis anno 1404. totam vallem Tellinam, communitatem in Bormio, & Buſclavio, caſtrum item, & Oppidum, & totam vallem Clavennam, & Plurium accepit. Eſt etiam Dominus in Gros Ongſtingen.

Epiſcopus habet Seſſionem in Imperio, & in Comitiis ejuſdem anno 1654. Sententiam in Senatu Principum dixit, Receſſuique per Legatum ſubſcripſit; ejus Juriſdictionis redditus admodum diminuti fuerunt, ob defectionem à fide multorum ſubditorum, ut cum ad 100000. ſcudatorum ſummam antiquitùs aſcenderint, hodie vix ad 10000. ſummam ſcudatorum pertingunt. Sedem habet in ipſa Civitate Curienſi, ubi & Canonici, Beneficiati, Vicarii, & alii miniſtri commodas habent Ædes; Epiſcopus Palatium maximum, ſed nonnihil antiquum.

Inter

Inter officiales hæreditarios Epiſcopatûs numerantur imprimis Archiduces Auſtriæ, qui *Bruſchio* teſte, Feuda Officii Pincernæ, & totum Comitatum Tyrolenſem ab eo recipere conſueverunt. Reliquos Miniſtros ita Bucelinus recenſet: Mareſchalli; Equites de Marmel; Dapiferi, Comites de Mätſch; Camerarii, Barones de Belmont. Diœceſis eſt ampliſſima, comprehendit partem Italiæ, Helvetiæ, Rhætiæ, Sueviæ, & Tyrolis, Meranium incluſivè: Canonici ſunt 24. Inter quos 6. Prælati reſidentes nuncupati; Præpoſitura à Summo Pontifice: Decanatus eſt eligibilis; Scholaſteria, & Cantoria, à Capitulo: Cuſtoria, & Sextaria, ab Epiſcopo conferuntur. Canonici etiam non reſidentes habent votum, activum, & paſſivum, ad Epiſcopatum. Pater Fidelis de Sammeringen, Germanus, Cappucinus, primus Miſſionarius Apoſtolicus, in hac Diœceſi 24. Aprilis 1622. pro fide occiſus fuit, de cujus Martyrio, & miraculis, hodiè agitur in Congreg. SS. Rituum. Hujus miracula ex Germanico in latinum tranſtulit P. D. Erneſtus Galler, C. R. Congreg. Somaſchæ, Romæ anno 1712. Ulricus de Federſpiel hodiè hìc Epiſcopus eſt.

### Sectio V. *De Epiſcopatu Eichſtettenſi*, Germ. Eichſtett.

Hujus Epiſcopalis menſæ cenſus ad 60000. ſcudatorum ſummam aſcendit; ab hoc Epiſcopo multi Principes, & Comites Feuda recognoſcunt: Eccleſiaſtica ejus Juriſdictio per Ingolſtadium, & Superiorem Palatinatum ſeſe extendit; & licet Diæceſis, præter Franconiam, Bavariam, ac Sueviam attingat, ad ſolum tamen Franconicum

circulum refertur; in Diœceſi eſt Collegiata Spaltenſis, cum Præpoſito. Epiſcopatum priſca ætate Aureatenſem dictum, à Civitate ab Attila quondam everſa (cujus rudera in vico Naſſenfels, tribus ab Ingolſtadio leucis diſſito,upereſſe *Zeilerus* è Gretſero refert) fundavit Bonifacius, Archi-Epiſcopus Moguntinus, & primum ejus Epiſcopum *W*illibaldum, ſuum ex Sorore Bonna nepotem, (cujus Pater Richardus Anglorum Rex fuiſſe perhibetur,) conſtituit: eumque ad eam Dignitatem extulit, ut ipſum, & Succeſſores, primum locum inter Epiſcopos Moguntinæ Sedi Suffragantes tenere, & perpetuum ejus Cancellarium eſſe voluerit. *W*illibaldus, exſtructo, Sœculo VIII. ad Altimolam fluvium Norici, in Comitatu Hirsberg, Cœnobio; vicinis ruricolis anſam eo commigrandi, atque exciſo quercu, à quo nomen poſtea Urbi inditum eſſe putant, domicilia illic inſtituendi præbuit; unde ubi antea ingens ſolitudo erat, mox vicus, è vico vero civitas exſurrexit: extra Urbis autem Pomaria, inſigne caſtrum, excelſa in rupe condidit Bertholdus Epiſcopus, è Stirpe Burggraviorum Norimbergenſium oriundus, & *W*ilibaldsburg nominavit, quod à Succeſſoribus amplificatum, & Epiſcopali Sedi aptatum eſt.

Inter Benefactores, & dotatores celebratur præter prædictum Svvigerum Comitem Hirsbergenſem, Gebbardus ejus familiæ ultimus, qui reſiduam Comitatus partem una cum Oppido Berchingenſi Epiſcopatui donavit: acceſſit etiam Imperatorum munificentia, quippe Arnulph⁹ Imperator, Monaſterium amplum, atque Opulendum Haſenried: Fridericus I. vicum Rebdorf, quem

Al-

Altimola alluit, Epiſcopatui adjecerunt: quem Epiſcopi novis ditionibus ſubinde auxerunt, ut Conradus à Paſſenhoven, Caſtra Capfenberg, Gundelſheim, & Sanſee; Philippus à Razenhauſen, Gerdingen, & *W*artberg; Marquardus ab Hegalen, Monaſterium Morsbrun; Henricus Schenck, Reinckenoviam arcem; Fridericus ab Ottingen, Donhauſen, & Brauneck, pretio acquiſiviſſe memorantur. Joannes Antonius Knebel à Kazenelenbogen hodiè hic Epiſcopus eſt.

Sectio VI. *De Epiſcopatu Halberſtadienſi.*

Epiſcopatus Halberſtadienſis partibus belligerantibus titulo Ducatûs in Satisfactionem vigore tractatus pacis Monaſterienſis ceſſit Electori Brandenburgico. Quod attinet ad Canonicos Cathedralis, eorum aliqui remanſerunt, in fide Catholica, & præbendis gaudent; adſunt & quatuor Catholici Domicellares. In Civitate Halberſtadienſi, eſt Collegiata SS. Petri & Pauli, ubi remanſerunt Canonici Catholici; quorum Præpoſitus eſſe ſolet Canonicus Cathedralis Catholicus. Videantur *Tractatus Pacis Monaſterien.*

Sectio VII. *De Epiſcopatu Herbipolenſi*, Germ. *W*ürzburg.

Epiſcopus, Franconiæ Dux audit: ejus menſæ cenſus eſt 100000. ſcudatorum: Canonici in Cathedrali ſunt 24. Capitulares, & 30. Domicellares. Collegiatæ quatuor in Civitate ſunt; & Equeſtris Comburgenſis in Diœceſi; Abbatiæ Benedictinorum, Canonicorum Regularium,

S. Auguſtini, Carthuſianorum, & plurimæ Parochiæ numerantur. Epiſcopus habet indultum conferendi Canonicatus in menſibus Summo Pontifici reſervatis vacantes, quod privilegium renovari ſolet de certis annis in certos annos, qui ordinariè quinque eſſe ſolent, juxta tenorem indulti. Henricus II. Imp. Epiſcopo dominium directum Comitis Catimelibocenſis, Bernheim, Salzau, Rongau, Mainingen, Mergenrod, Martenvvaldorf, Altendorf, aliaque Diœceſi adjunxit. Dividitur in 52. Præfecturas Epiſcopatus, quæ Sylvis Ottonicâ, & Speſſardicâ, ac Ditionibus Moguntinis, Mergentheimenſibus, & Fuldenſibus cinguntur. In hac Diœceſi eſt Sedes M. Magiſtri in Mergentheim Ordinis Theut. Et eſt hodie Franciſcus Ludovicus, è Ducibus Neoburgicis, Epiſcopus Wormatienſis, & Uratislavienſis, Præpoſitus Elvacenſis, Coadiutor Moguntinus electus 4. Nov. 1710. Joannes Philippus de Greiffenclau in Vollrats, ex Decano Moguntino hic factus eſt Epiſcopus.

## SECTIO VIII. *De Epiſcopatu Hildeſimenſi*, Germ. Hildesheim.

Menſæ Epiſcopalis Hildeſimenſis cenſus eſt ad minus 100000. ſcudatorum, quæ Colliguntur tam ex Civitatibus, Oppidis, pagis, quam ex decimis Epiſcopatui annexis. In Cathedrali ſunt 42. Canonici, cum ſuis dignitatibus; quarum majores ſunt Præpoſitura, & Decanatus; Canonici omnes nobilitatem debent probare ex utroque latere per plures gradus; in Civitate, Epiſcopo nulla eſt Juriſdictio territorialis; tres Collegiatæ numeran-

rantur in Civitate, Sanctæ Crucis, S.Andreæ, & S.Mauritii; Præpoſitura S. Crucis eſt ſine reſidentia; illa S. Mauritii incorporata eſt Collegio Patrum Societatis Jeſu Hildeſii: ſunt in Civitate plurimæ Abbatiæ, Monaſteria, & Eccleſiæ Religioſorum, & Monialium, cum Carthuſia; quod & de Diœceſi intelligendum, in qua plurimæ ſunt Parochiæ. Comprehenditur Epiſcopatus Hildeſheimenſis ſub circulo Saxoniæ inferioris; ejus fundator Carolus Magnus Imperator exſtitit.

### Sectio IX. *De Epiſcopatu Paderbornenſi.*

Paderbornenſis Epiſcopatus refertur ad Circulum Weſtphalicum, & includitur fermè Brunſvicenſi Ducatu; Waldeccio, Marcano, & Lippienſi Comitaib⁹, ferturque complecti 20. Oppida, totidem Vogtejas ſeu Præfecturas, vel Regimina, & Caſtella, ſexdecim Monaſteria, & 54. Parochias, unde cenſus Epiſcopatus ad 70000. ſcudatorum ſummam aſcendere creditur. Carolus Magnus Imperator poſt debellatos Saxones, Epiſcopatum ibi inſtituit; dicta eſt Paderborna à fontibus Paderæ amnis, quæ intra Civitatis mœnia excipiuntur. Cathedralem S.Stephano dedicavit ipſe Leo III. Papa. Hodie hic Epiſcopus eſt Franc. Arnoldus de Metternich, uti & Monaſterii.

### Sectio X. *De Epiſcopatu Spirenſi,* Germ. Spejer.

In Cathedrali multi Cæſares tumulati ſunt; & in ea S.Bernardus, B.V., Salve dixit. Eſt in circulo Rheni Superioris: ultra Cathedralem, tres

ſunt Collegiatæ in Civitate, SS. Germani & Mauritii, SS. Joannis & Quidonis, SS. Trinitatis, & omnium Sanctorum; in Diœceſi Collegiatæ ſunt 4. Badenæ, Landavii, Weiſſenburgi, & in Klingen Münſter. In Cathedrali omnes Canonici ſunt nobiles, utroque voto gaudentes; adſunt tamen ſex Præbendarii, non nobiles, votum activum habentes, & cum Canonicis in Maſſa communi participantes. Collegium Societatis Jeſu adeſt; uti & domus Ordinum Militarium Theutonici, & S. Joannis Hieroſolymitani: Adſunt Monaſteria Auguſtinianorum, Carmelitarum, Cappucinorum, Conventualium, & Patrum Prædicatorum; duo Cœnobia Monialium, S. Claræ, & S. Dominici; Diœceſis in quatuor Archidiaconatus diviſa eſt, ſub quibus plurimi ſunt Parochi. Rudigerus cognomento Piſcator Abbas Weiſſenburgenſis LVI. anno 1526. Abbatiam in ſœcularem Præpoſituram mutari paſſus eſt, ejuſque Succeſſor Philippus de Flerſtein à Paulo III. obtinuit, ut Epiſcopatui Spirenſi inſereretur.

Fortalitium Landavienſe, in hac Diœceſi exiſtens, nuper à milite Cœſareo, bis præſente Joſepho I. Romanorum Rege, bis expugnatum fuit, Gallique obſeſſi devicti, qui ſupra unam portam Civitatis incidit curaverant: Hæc nemini cedit: quæ inſcriptio mutata fuit, introeuntibus Cœſareanis, & poſitum: CeſsI. tanDeM CœſarI. Hoc eſt ceſſi Cœſari anno 1702., in quo anno expugnata fuerat Civitas Landavienſis. Henricus Hartardus à Rollingen, 22. feb. 1711. hìc electus eſt Epiſcopus. In Diœceſi eſt Fortalitium Philippsburgenſe, à Philippo à Seteren Epiſcopo exſtructum.

## Sectio XI. *De Epiſcopatu Verdenſi.*

Verdenſis Epiſcopatus Sœcularizatus fuit, & occupatur cum Bremenſi à Sueco Rege, virtute inſtrumentorum Pacis Oſnabrugo *W*eſtphalicæ §.10. Contra quam Pacem proteſtatus eſt Papa.

## Sectio XII. *De Epiſcopatu Wormatienſi*, Germ. *W*orms.

Epiſcopalis menſæ cenſus 4000. ſcudatorum eſt, quæ percipiuntur ex Oppido Dirmſtein, & nonnullis aliis pagis, in utraque parte Rheni ſituatis. In Civitate ultra Cathedralem ſunt 4. Collegiatæ Eccleſiæ, & totidem Parochiales, videlicet S.Andreæ, S.Pauli, S.Martini, B.Virginis; in Collegiata S. Andreæ ſolùm Præpoſitus eſt ſine reſidentia: adeſt Collegium Patrum Societatis Jeſu; habitant etiam hìc Patres Carmelitæ, Dominicani, & Cappucini; famoſa hìc eſt Abbatia Ciſtercienſis, Monialium; in Diœceſi comprehenditur Heidelberga, & Equeſtris Eccleſia in valle *W*impinenſi.

Epiſcopatus pauperrimus totius Germaniæ perhibetur, obtinet nihilominus Præſul, directorium Circuli Rhenani Superioris. Olim hìc fuit Archi-Epiſcopalis Sedes, Moguntiam translata ob Sœvitiam vindicatæ paternæ cœdis; unde ob enorme homicidium, Gervilii Succeſſores, à Summo Pontifice, Epiſcopali honore tantum contentos eſſe debere, juſſi fuerunt. Leopoldus Gudenus hìc Suffraganeus eſt, conſecratus Romæ 8. Nov. 1711.

## §. 2. *De Archi-Epiſcopatu Trevirenſi*, (Trier) *& 3. Suffraganeis.*

Archi-Epiſcopi Trevirenſis Suffraganei ſunt, Tullenſis, Metenſis, Verdunenſis; Archi-Epiſcopalis menſæ cenſus creditur eſſe 60000. ſcudatorum. Suffraganei omnes titulos Principum obtinent. Virdunenſis Cathedralis Beatæ Virgini Sacra eſt, hìc fuit Epiſcopus, Carolus è ducibus Lotharingiæ, qui relicto Epiſcopatu, & diſpenſatione acceptâ, Domum probationis Romæ Societatis Jeſu ingreſſus, ac illud inſtitutum feliciter amplexus eſt; novem ſunt in Diœceſi Abbatiæ, quarum ſeptem ſunt Benedictinorum, reliquæ Præmonſtratenſium, & Ciſtercienſium. In Diœceſi Tullenſi ſunt 13. Abbatiæ, ex quibus decem Benedictini poſſident. Totidem ſunt in Diœceſi Metenſi, è quibus decem ſunt Benedictinorum.

In Civitate Trevirenſi ſunt 4. Abbatiæ Benedictinorum, S.Martini, S.Maximini, S.Mathiæ, S.Mariæ ad Martyres; & in Diœceſi ad Lacum prope Confluentiam; & in quatuor aliis locis; Ciſtercienſes habent 3. C. R. unam. Quoad officium Archi-Epiſcopi, & Electoris Trevirenſis in Electione & Coronatione Imperatoris, videatur Mea Germania Purpurata Auguſtæ impreſſa lib. 1. ad vitam Gregorii V. Papæ. Videantur etiam meæ Prælectiones ad Decretales Gregorii IX. P. M. ſive meum Compendium Juris Canonici lib. 1. tit. 6. de elect. capitul. 34. in Electione Imperatoria primum Suffragium dat Elector Trevirenſis; ſecundo, Colonienſis; tertiò Rex Bohemiæ, poſtmodum ſequuntur alii, & Moguntinus ultimo loco

co ſuum ſubjungit, ſtatim vota conferuntur, & publicantur primò in conclavi, demum coram Populo. Carolus è Ducibus Lotharingiæ hic Elector eſt, uti & Epiſcopus Oſnabrugi.

In Metropolitana Trevirenſi, Canonici Capitulares ſunt 16. Domicellares 20. Collegiatæ in Urbe duæ, S. Simeonis, & S. Paulini: in Diœceſi plures ſunt Collegiatæ, Palatioli, ad S. Godardum, & Confluentiæ ad SS. Caſtorem, & Florentium. Benefactores Eccleſiæ Trevirenſis ſunt, poſt Helenam, & Conſtantinum M. Pipinum, Carolum M. & Ludovicum Pium; Henricus II. Imp. qui Meinfeldiam Epiſcopatui adjecit. Hillinus Archi-Epiſcopus Caſtrum Ehrenbretſteinium, præcipuum Germaniæ Fortalitium anno 1166. munimentis firmavit; cujus Præfectus non ſolum Electori, ſed & Imperio fidei juramentum præſtare tenetur. Hoc Fortalitium, cum Civitate Confluentina Galli anno 1690. vano conatu obſederunt. Treviris, habetur Tunica Chriſti D.

## §. 3. *De Archi-Epiſcopatu Colonienſi: (Cölln:) & Suffraganeis.*

De Officio Archi-Epiſcopi, & Electoris Colonienſis, in Electione, & Coronatione Imperatoris, videatur *mea Germania Purpurata* impreſſa Auguſtæ, lib. 1. c. 1. ad vitam Gregorii V. Papæ, natione Germani. Videantur etiam meæ Prælectiones ad Decretales Gregorii IX. P. M. In Metropolitana, Mauſolœum eſt SS. trium Regum. C. M. B. in Electione Archi-Epiſcopus Colonienſis, ſecundum dat votum, imo coronare prætendit Electum Imperatorem, unde inter ipſum, &

in-

inter Archi-Epiſcopum Moguntinum graves ortæ fuerunt lites, & controverſiæ, utroque volente exequi illud munus, tandem reſolutum fuit, quod ſi coronatio fieri debeat in Diœceſi, aut Provincia Moguntina, ad Archi-Epiſcopum Moguntinum pertinere; ſecus si fiat in Diœceſi, aut Provincia Colonienſi, uti eſſet Aquiſgrani; cui deciſioni minimè conſentit Elector Colonienſis, ſed non obſtante quod Electio, aut Coronatio fiat in Diœceſi, aut Provincia Moguntina, ſemper proteſtatione aliqua ſibi conſulit, ut refert Jacobus Imhoff in notit. Procerum Imperii. Menſæ Archi-Epiſcopalis cenſus 120000. ſcudatorum ſummam attingit: Coloniæ Turres ſunt 83. Collegiatæ 10. Parochiæ 19. virorum Cœnobia 15. Monialium ſepta 22. Sacella, & Xenodochia 30. Abbatiæ Ordinis S. Benedicti 6. S. Pantaleonis, S. Martini in Urbe, Sigerbenſis, Stabulenſis, Bravveilerenſis, Divitenſis: in Diœceſi ſunt plurimæ Parochiæ; in Metropolitana omnes Canonici Diaconi ſunt Comites; ſeptem Presbyteri ſunt doctores. Collegiatam XIII. Apoſtolorum S. Herebertus Coloniæ erexit, & Pilligrinus Colonienſis Archi-Epiſcopus auxit, & 40. Canonicatibus dotavit, de qua Eccleſia agit *Merſelus* in annali Archi-Epiſc. Col. fol. 45. Collegiata S. Gereonis à S. Helena fundata eſt. Celebre Generale ſtudium apud PP. Societatis Jeſu, Montanos, & Laurentianos Coloniæ eſt. Hic reſidet Nuntius Apoſtolicus, hodiè Joannes Baptiſta Buſſius, Epiſcopus Anconitanus. In hac Prov. Collegiata Thorensis utriuſque Sexûs eſt, cujus Abbatiſſa Principiſſa audit. Duſſeldorpii, Cœſaris Inſulæ, & Bonnæ, inſignes Collegiatæ ſunt, cum Præpoſituris.

Sectio I. *De Epiſcopatu Leodienſi*, Germ. Lick, Lüttig. *Ital.* Liegi.

Viginti octo Abbatiæ ſunt in Civitate, & Diœceſi, quarum 8. Benedictini, duodecim Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes tres, & Canonici Regulares S. Auguſtini reliquas habent Abbatias. Benedictinorum in Civitate ſunt S. Jacobi, & S. Laurentii: in Diæceſi, Stabuletum, Malmundarium, S. Trudonis, Florinenſis, Valciodorum, S. Catharinæ Trudonopoli. Ciſtercienſes Moniales, habent Abbatias Vallis Benedictæ, Roberti Montis, Veteris Vineæ, Viveniſſæ; viri ejuſdem Ordinis poſſident Abbatias Alnæ, Becanæ, Kerc Kenrodæ. Orientis, Vallis Dei, Vallis S. Lamberti, Vallis S. Mariæ, Grandiprati. Præmonſtratenſes gaudent Abbatiis Averbadii, Belli redditûs, Lefſliæ, & Pratenenſis: Canonici Regulares S. Auguſtini, in Civitate poſſident Abbatiam S. Ægidii; in Diæceſi, Montis Cornelii, Florenſis, & Novi Monaſterii.

Leodium diſtat à Metropoli Colonienſi verſus Occidentem 16. milliaribus à Trajecto Superiore in Meridiem 4. & à Tungris 3. quod hodiè modicum eſt Hasbaniæ Oppidum. Habet Epiſcopatus ditioni annexos Status quam plurimos, videlicet: Ducatum Bullionenſem, Marchionatum Franci Montis, & Comitatum Lootzenſem, & Hasbanienſem, multaſque alias Baronias, & Toparchias. Urbs eſt in Regione amæna ad Moſam, & Legiam fluvios. Cathedralis S. Lamberto dicata habet 60. Canonicos, qui aut nobiles, aut Doctores eſſe debent; adſunt octo Collegiatæ Eccle-

ſiæ,

ſiæ, multa templa, Xenodochia. Parochias, & cœtera memoranda fuſiùs proſequitur *Quicciardinus*.

Redditus Epiſcopatus Optimi ſunt, quia in ditione ſua præter Semiſſem Urbis Trajecti ad Moſam, 24. Oppida muris clauſa, & ſupra 1200. pagos numerat. Diœceſis refertur ad Circulum Weſtphalicun, ac limites habet ab Ortu, Moſam fluvium, à Meridie Luxemburgenſem ducatum; ab occaſu & Septentrione Moſam partim, ac ducatum Limburgenſem, nec non Provinciam Namurcenſem.

## Sectio II. *De Epiſcopatu Monaſterienſi*, Germ. Münſter.

Obtinet Epiſcopus Monaſterienſis Directorium Circuli Weſtphalici, una cum Duce Juliacenſi: cingitur Diœceſis, Friſiâ utraque, Tranſiſalaniâ, Geldriâ, Cliviâ, Marcâ, Weſtphaliæ Ducatu, Mindenſi, & Oſnabrugenſi Epiſcopatibus. Monaſterienſis Epiſcopatus fundatorem agnoſcit Carolum Magnum; dicebatur in principio Mimingerodenſis, ſive Mimingardefartenſis, à loco hujus nominis in Saxoniæ inferioris, ſeu Weſtphaliæ mediterraneis ſito, qui poſtea ab inſigni Monaſterio, quod Hartmannus Epiſcopus, anno 1050. mortuus, ibi exſtruxit, apellationem mutuavit & Monaſterium. Hartmannus II. Comes de Kazenelenbogen ab Imperatore obtinuit, ut ipſe, & qui ei Succeſſuri ſint, Principes vocarentur, & Copoteſtate gladii Sœcularis uterentur: Otto Comes à Bentheim anno 1246. primus à Clero electus eſt, cum antea Epiſcopi ab Imperatore conſtituti fue-

fuerint, uti *Bertius* refert: Auctus hic fuit Epiſcopatus variis ditionibus, & etiam Comitatu *We*chtenſi, & Burgraviatu Stromburgenſi, propter quod & Chriſtophonus Bernardus Præſul, jus peculiare in Comitiis obtinuit, qui etiam Civitatem Monaſterienſem, poſt longam obſidionem ſibi ſubditam fecit 28. Martii anno 1661.

## Sectio III. *De Epiſcopatu Oſnaburgenſi*.

Annumeratur Epiſcopatus Circulo *W*eſtphalico. Capitulum 25. conſtat Canonicis, inter quos 3. tantum, nempe VI. XIV. & XXII. Auguſtanam Confeſſionem profitentur, reliqui omnes Canonici Catholici ſunt: Fundator Epiſcopatûs Carolus Magnus exiſtit, qui devicto *W*itekindo, Saxonum Regulo, Oſnabrugæ, Eccleſiam in honorem SS. Petri, Criſpini, & Criſpiniani condidit, eamque latifundiis, & variis locis dotavit. Vigore Pacis Oſnabrugo *W*eſtphalicæ a 13. §.2. hic Epiſcopatus alternativus evaſit.

In Diœceſi & Civitate ſunt multæ Abbatiæ, Commendæ Militarium Ordinum, Parochiæ, & Collegiata SS. Petri, & Pauli in Civitate Oſnabrugenſi. Menſæ Epiſcopalis Cenſus creditur eſſe 50000. ſcudatorum.

## Sectio IV. *De Epiſcopatu Mindenſi*.

Mindenſis, & Halberſtadienſis Epiſcopatus; eodem titulo ac jure, quo Magdenburgenſis, ad Electorem Brandenburgicum devenit: in Cathedrali plerumque Catholici ſunt, ſunt tamen aliqui Lutherani. Halberſtadienſi Principatui annu-

numeratæ ſunt Dygnaſtiæ, Lohr, & Klettenberg, titulo Caducitatis Comitum Hohenſteinenſium Epiſcopatui fuerunt applicati.

§. 4. *De Archi Epiſcopatu Salisburgenſi*, (Salzburg) *&* 8. *Suffragan.*

Ex Epiſcopo Viennenſi C. de Harach hodie hic Arc. Epiſcopus eſt: aliàs Salisburgenſis Eccleſiæ prima jecit fundamenta, primuſque fuit Epiſcopus S. Rupertus, Bojorum Apoſtolus. Primas Germaniæ audit. Decimus à Ruperto Epiſcopus, Arno, primus à Leone III. Papa ad inſtantiam reliquorum Bavariæ Epiſcoporum, & Caroli M. factus eſt Archi-Epiſcopus, palliumque impetravit, Gebbardus Archi-Epiſcopus à Summo Pontifice, titulum Legati nati conſecutus eſt. Numerantur in Archi-Epiſcopatûs ditione, octo nobiliora Oppida, præter ignobiliora complura: Patria dives eſt Metalli fodinis, ac Salinis, & ejus menſæ cenſus facere poteſt 100000. ſcudatorum: Refertur ad Circulum Bavaricum; ejuſque directorium una cum Duce Bavariæ obtinet; principum etiam Senatum in publicis Imperii conventibus cum Auſtriæ Archiduce dirigit. Canonici Metropolitanæ Comites eſſe ſolent, adeſt & Collegiata S. Mariæ ad nives, cujus Canonici horas divinas in Metropolitana perſolvunt. Adeſt celebris Univerſitas ſtudiorum, à PP. Benedictinis directa.

SECTIO I. *De Epiſcopatu Paſſavienſi*, Paſſau.

Joannes Philippus Card. de Lamberg, hic

Epiſcopus eſt. Refertur Epiſcopatus Paſſavienſis ad Circulum Bavaricum, licet multa loca in Auſtrìa poſſideat, qualia ſunt Mauteon, Trebenſee, Ambſtetten, Eberberg, Hag, & Starenberg, & alibi habet Ditionem Wichtenſtein, & quibus omnibus, Epiſcopalis menſæ redditus conficere poterunt 20000. ſcudatorum. Epiſcopus eligitur à Capitulo, cujus Canonici omnes ſunt nobiles. Sunt qui dicant, hunc Epiſcopatum exemptum eſſe.

### Sectio II. *De Epiſcopatu Friſingenſi*, Freiſingen.

Ad Bavaricum circulum pertinet; Diœceſis 13. ſub ſe habet Præfecturas: quas inter præcipuæ ſunt Friſingenſis, quæ Civitatem, ejuſque diſtrictum complectitur; Iſmanigenſis, ad Iſaræ plagam, Burckrainenſis, & Werdenfels, ex quibus Epiſcopus ad 30000. ſcudatorum ſummam circiter percipere poteſt, annumeratis vicis Mittevvald, Partenkirch, & Gerniſgau. Evergetæ Epiſcopatus ſunt Ludovicus IV. Imperator, Otto I. S. Kunigundis. Videatur *Imhof* fol. 145. ultra Cathedralem Friſingenſem; in qua recipiuntur Canonici, aut nobiles, aut Doctores, & conferuntur aut à Summo Pontifice, ſi obitus Canonicorum ſuccedant in menſe alternativo reſervato; aut conferuntur ab Epiſcopo, aut Capitulo. Reperiuntur quatuor Collegiatæ Eccleſiæ, S. Viti, S. Andreæ, S. Pauli, & S. Joannis Baptiſtæ; primæ ſunt pulcherrimæ Civitatis Eccleſiæ, & fructus Canonicatuum aſcendunt ad 700. florenos annuos, qui ſtatim à 30. obitus die currere incipiunt.

piunt; relliquarum Collegiatarum, videlicet S. Pauli, & S. Joannis Eccleſiarum Canonicatus non adeo boni ſunt, & deſervire tenentur in Cathedrali, ut Chori Vicarii, horaſque Canonicas cantare, nec Eccleſias ſeparatas habent. Decanus S. Joannis Baptiſtæ, Epiſcopi Cœremoniarius eſt; conferuntur autem, & iſti Canonicatus, ſicut & illi Cathedralis. Joannes Sigiſmundus Zellerde Leiberſdorff hodiè hic Suffraganeus, & Cathedralis Præpoſitus eſt. Monachium, Sedes Ducum Bavariæ, in hac Diœceſi eſt, ubi Collegiata B. V.

## Sectio III. *De Epiſcopatu Ratisbonenſi*, Regenſpurg.

In Civitate Ratisbonenſi, ultra Cathedralem, duæ ſunt Collegiatæ Eccleſiæ S. Joannis, & Beatæ Virginis ad Veterem Capellam, utraque Præpoſiturâ inſignis, C. Canonici debent eſſe, aut nobiles, aut Doctores. Epiſcopatus Bavarico Circulo annumeratur; ejus redditus poſſunt eſſe 10000. ſcudatorum. Inter Benefactores numeratur Henricus; Comes de Roteneck, Epiſcopus, qui Judicium, in Velden, Eberſpejnt, Teysback, Frondenhauſen, Ergoltsbach, Eſſenbach, Pilſting, & Anding redemit, atque omnia Epiſcopatus caſtra, muris ac turribus firmavit.

Albertus, Comitatum Hohenburg, & Oppidum Pechlaren in Auſtria Superiore ſitum redemit. Hac ætate nullum Oppidum in Bavaria, Epiſcopum Ratisbonenſem tenere *Zeilerus* tradit; pagos tamen & vicos quam plures haud exigui momenti, nonnulla etiam loca in Auſtria ad eum pertinere. Georgius Carolus à Branſtett Romæ a. 1711. Canonicatum obtinuit ad Vet. Cap. Rat-

## Sectio IV. *De Epiſcopatu Brixinenſi*, Germ. Brixen.

In Civitate Brixinenſi ultra Cathedralem 19. Canonicorum adeſt Eccleſia Collegiata B. Virginis in Ambitu, & Inticenſis in Diœceſi, cujus Præpoſitus eſt modernus Epiſcopus durante ſua vita, ſunt & in Diœceſi Abbatiæ Benedictinorum, in monte S. Georgii, Præmonſtratenſium *Wiltinæ*, & Canonicorum Regularium S. Auguſtini Novæcellæ prope Civitatem; eſt & in Civitate Septum Monialium S. Claræ, & aliud Ordinis S. Auguſtini in Diœceſi, uti & Conſervatorium Regium Hallæ; nec deſunt Monaſteria mendicantium. Privilegia, quibus eminet, in acceptis fert præcipuè Ludovico IV. Conrado I. Ottoni II. Henrico IV. & Friderico I. Hi jus telonii, pedagii & monetæ cudendæ Epiſcopo impertiverunt; uti patet ex diplomatibus de annis 814. *909. 916. 977.* 1111. & 1179. Henricus II. Imperator Dynaſtiam Veldes in Carniola contulit. Epiſcopalem Cathedram hodie laudabiliſſime moderatur Caſparus Ignatius, ex Comitibus de Königle, electus a 1702. Patriam ab incurſione Bavarorum anno 1703. defendit; Reliquias S. Caſſiani I. Epiſcopi, Imolâ accepit. OEnipontum (*Inſprugg*) in hac Diœceſi eſt.

## Sectio V. *De Epiſcopatibus Gurcenſi, Laventinenſi, Seccovienſi, & Chimienſi.*

Epiſcopatus Gurcenſis circa annum 1473. Lavantinus, *Lavenmünz*, circa annum 1214. Seccovienſis, & Chimienſis eodem anno inſtituti,

aut erecti fuerunt. Omnes iſti quatuor Principes ſunt Imperii, Canonici Metropolitanæ Salisburgenſis, nominati ab Archi-Epiſcopo, & ſunt ejuſdem Suffraganei. Seccovii ſunt Canonici Regulares S. Auguſtini in Cathedrali; & Epiſcopus ordinariè Græcii in Styria reſidet, Vicarium Generalem agendo Archi-Epiſcopi Salisburgenſis; ubi & Studium Generale directum à PP. Soc. Jeſu eſt.

### §. 5. *De Archi-Epiſcopatu Biſuntino*, (Beſancon) *& 3. Suffraganeis*.

Archi-Epiſcopus Biſuntinus Imperii Princeps eſt, ei ſubſunt Suffraganei tres, Baſileenſis, Lauſanenſis, & Bellicenſis. Canonici Metropolitanæ 40. omnes mitrati ſunt; Abbatiæ 24. numerantur in Diœceſi. Sex Benedictinorum, tres Canonicorum Regularium S. Auguſtini; quatuordecim Ciſtercienſium. Lura Ordinis S. Benedicti Abbatia, Principis titulum habet, conjuncta eſt cum Abbatia Murbacenſi, Diœceſis Baſileenſis, ejuſdem Ordinis S. Benedicti. In Civitate ſunt 8. Parochiales, 5. Hoſpitalia. Univerſitas ſtudiorum à Ferdinando I. Imperatore fundata eſt: in Diœceſi ſunt Prioratus 94. Parochiæ 780.

### Sectio I. *De Epiſcopatu Baſileenſi*, (Baſel.)

Cathedralis B. Virgini Sacrata, nova milliario à veteri diſtat, in Arlesheim ædificata eſt, in qua ſunt Canonici 18. qui pro inſigni geſtant Imaginem primi Epiſcopi; debent omnes eſſe, aut nobiles, aut doctores. Epiſcopus Imperii Princeps eſt, Bruntruti reſidet, ubi Collegium eſt Patrum

So-

Societatis Jeſu; in Diœceſi eſt Abbatia principalis Murbacenſis, & Noſtræ dominæ ad Petram in Partibus Helveticis, ad Congregationem Helveto-Benedictinam pertinens. Diæceſis circulo Rhenano Superiori annumeratur.

SECTIO II. *De Epiſcopatibus Lauſanenſi, & Bellicenſi.*

Epiſcopatus Lauſanenſis, hodiè admodum diminutus eſt, quippe cum Bernenſes, & ipſam Civitatem, & plurimam partem Diœceſis occupaverint. Nihilominus Epiſcopus nomen retinuit, & moratur Friburgi,in Oppido ſuæ Diœceſis in Helvetia, ubi Collegiata Canonicorum eſt; hodiè ad illum Epiſcopatum promotus exiſtit Jacobus Duding, Capellanus Ordinis Melitenſis, Linguæ Alemannicæ, & ejuſdem Ordinis Commendator Friburgi, Ratisbonæ, Aquiſgrani, & alibi: Redditus Epiſcopo partim dat Summus Pontifex,partim Oppidum Friburgenſe; Summus Pontifex Epiſcopatum confert. Bellicenſis in Burgundicis partibus reſidet, & numerantur in ea Diœceſi, duæ Abbatiæ Ciſtercienſium S.Sulpitii, & de Bono, Monialium. In Diœceſi Lauſanenſi ſunt octo Abbatiæ, relatæ à Fratribus *Sammarthanis* tom.2. Lit. L.

§. 6. *De Archi-Epiſcopatu Magdenburgenſi, & Suffraganeis.*

Magdenburgenſis Archi-Epiſcopatus habet ſub ſe Suffraganeos quinque: Miſnenſem in Saxonia Superiori ad Albim: Merſeburgenſem, ad

Salam: Naumburgenſem ad Salam ſeu Citizenſem: Brandenburgenſem ad Havelum: Havelburgenſem, in Marchionatu Brandenburgenſi.

Magdenburgenſis porro Archi-Epiſcopatus initia ſuæ dotis debet Carolo Magno, cujus Sedes primum fuit in Styde, poſt in Vallersleben, deinde in Ureſe; anno 1130. demum per Ottonem I. Magdenburgum translatus eſt: Enumeratos autem quinque Suffraganeatus, idem Otto I. Magdenburgenſi Archi-Epiſcopo Suffraganeos eſſe voluit, eundemque Magdenburgenſem, Germaniæ Primatem nuncupari; Romano Pontifice, & Concilio Ravennatenſi aſſentiente: unde in Litteris Benedicti VI. Papæ ad Germaniæ Epiſcopos, Albertus Magdenburgenſis, Patriarcha Germaniæ nominatur. Vid. *Miræus* notitia Epiſcop. l. 4. c. 17. Miſenæ, & Merſeburgi, Henricus Auceps; Brandenburgi, & Havelburgi Epiſcopatus anno 946. filius ipſius Otto inſtituit. Cœterum Magdenburgeniem Archi-Epiſcopatum Sœculo redditum, & vigore pacificationis Electori Brandenburgico, ejuſque poſteris, & Succeſſoribus in feudum, ſub nomine Ducatûs collatum eſſe tradit *Jacobus Wilhelmus Im Hoff* in notitia Sacri Romani Imperii Procerum l. 2. c. 8. è Collegio autem Canonicorum, quartam tantùm partem, iis decedentibus, extinquendi, eorumque redditus Cameræ Ducali applicandi facultatem accepit. Magdenburgi Viginti ſunt Canonici, quorum quindecim nobiles, quinque Doctores eſſe debent. Hìc Præſul Udo, divinitùs admonitus, (*Udo ceſſa à Ludo*) obedire negligens, pœnas luit; & ajunt ejus ſanguinem parieti Eccleſiæ aſperſum adhuc hodiè videri. V. Hartm. Schedel,

Do

## §. 7. *De Archi-Epiſcopatu Bremenſi, & Suffraganeis.*

Bremenſis Archi-Epiſcopatus ad Viſurgim habet ſub ſe tres Epiſcopatus, Lubecenſem, ubi ultra alios adhuc ſunt quatuor Canonici Catholici, votum activum, & paſſivum, ad Epiſcopatum, ut alii habentes: Raceburgenſem, in Ducatu Pomeraniæ: Suerinenſem, in Ducatu Meckelburgenſi. Otto Magnus Imperator anno 952. in Cimbrica Cherſoneſo, Sleſvicæ, Ripæ, Arhuſæ, & Aldeburgi Epiſcopatus inſtituit: Aldeburgo poſtea Lubecam Sedes translata fuit per Henricum Leonem anno 1062.

Albertus Archi-Epiſcopus Bremenſis, Meckelburgi Epiſcopatum fundavit, qui poſt annos centum, Suerinam translatus fuit.

Bremenſium, & Hamburgenſium Antiſtitum res geſtas vide apud *Magiſtrum Adamum* in Hiſtoria Eccleſiaſtica: item, *Degoreum Whear* in ſua Methodo legendi utraſque Hiſtorias, impreſſa Cantabrigiæ anno 1684. Bremenſis Archi-Epiſcopatus anno 788. inſtitutus eſt dotante Carolo Magno Imperatore. Aliàs Hamburgo Bremam Metropolitana Sedes translata eſt; adeoque duæ illæ Sedes unitæ fuerunt. Videatur *Caſpar Bruſchius* de Epiſcopis Germaniæ.

Bremenſis Archi-Epiſcopatus per Inſtrumentum Pacis Oſnabrugo Weſtphalicæ §. 10. in ſœcularem principatum converſus, & Sueciæ Regno in ſolum, ac immediatum Imperii feudum traditus eſt, cum omnibus & ſingulis ad eum pertinentibus. Eccleſiaſticis, ſœcularibuſque bonis,

ac Juribus, ceſſante Capitulorum, cœterorumque collegiorum Eccleſiaſticorum eligendi, & poſtulandi; omnique alio jure, adminiſtratione & gubernatione terrarum eo pertinentium. Videatur *Imhoff* in Not. P.

## CAPUT XVII.

## De 3. Archi-& 15. Epiſcopatibus Belgii.

### §. 1. *De Archi-Epiſcopatu Mechlinienſi, & 6. Suffraganeis.*

Mechlinia, in meditullio ferè Brabantiæ ad Diliam flumen, quod mediam ſecat, æquali ab Antuerpia, Bruxellis, & Lovanio intervallo ſita, amænitate, ædificiorum magnitudine, ac venuſtate conſpicua eſt. Baſilica Metropolitana, S.Rumoldo Mechlinienſium D.Tutelari Sacra eſt, habens 12.Canonicos fundatos circa annum 1000. à Notgero Leodienſi Epiſcopo; habet titulum Primatis Belgico-Provinciæ; Abbatiæ in hac Diœceſi ſunt 12. ſex Benedictinorum, & totidem Præmonſtratenſium.

Antuerpia, ad Scaldim fluvium in Brabantia, Emporium toto orbe celeberrimum, habet mœnia, nullis totius Europæ comparanda, ſuprema planities procurrit in pedes 110. perpetuis arboribus conſita; Urbis portæ, opere omnes Dorico, foſſæ patentes; reliquam Civitatis partem, latiſſimum flumen tutatur, ædes 13050. plateæ 200. Fora 26. vario mercatu celebrata. Baſilica Beatæ Virginis Collegiata tranſivit in Cathedralem, Cœnobia, & lo-

& loca religioſa plurima. Præmonſtratenſes in Urbem venerunt anno 1124. Dominicani anno 1256. Franciſcani anno 1467. Carmelitæ anno 1485. Auguſtiniani, anno 1514. Cappucini anno 1585. Patres Societatis Jeſu anno 1562.

Brugæ, Urbs Comitatus Flandriæ, cincta muris à Balduino Comite, ubi ſex Eccleſiæ, quarum primaria S. Donatiani erecta fuit in Cathedralem, decerpta à Tornacenſi; adjectâ Præpoſiturâ Brugenſi, & Bonis Abbatiæ Bertinianæ. Præſul autem Cancellarii Perpetui, & hæreditarii Flandriæ titulo gaudet. Abbatiæ numerantur in Diæceſi 7. Benedictinorum 4. Ciſtercienſium, & Canonicorum Regularium reliquæ.

Gandavum, Flandriæ Comitatûs Metropolis, Julium Cœſarem Conditorem jactat; poſita eſt ad confluentes Lizæ, & Scaldis; 8. Urbi portæ, Curiâ civium Senatoriâ illuſtri nobilitatur. Templa habet circiter 55. in iis eminent Collegiatæ duæ, S. Joannis Baptiſtæ, & Pharaildis, Collegium Patr. Soc. Duæ Abbatiæ Benedictinorum Opulentiſſimæ, D. Petri Blandinenſis, & D. Bavonis, ex qua ultima Abbatia à Tornacenſi Sede avulſa anno 1559. à Paulo IV. Epiſcopalis facta eſt: Comprehenduntur in Urbe, & Diœceſi decem Abbatiæ; inter quas Benedictini habent Abbatiam S. Petri. Præmonſtratenſes, Tranchinienſem, reliquas Ciſtercienſes. De Epiſcopis Gandavenſibus, videantur *Sanderus* lib. Flandr. Illuſtratæ.

Ad fluvium Iprettum ſita eſt Urbs Ipra, condita à Balduino Arnulphi Comitis filio anno 960. diſtat Brugà 9. milliaribus, & à Teroana 5. leucis, à qua avulſa fuit per Paulum IV. in Conſtitu-

tione Novorum Epiſcopatuum Belgii. Habet Abbatiam Clariſſarum Mon. Mendicantium Cœnobia, & Xenodochia varia; Cathedralis S.Martino dicata habuit Canonicos Regulares: inſtitutos olim à Joanne Epiſcopo Teroamenſi anno 1120. Novem Abbatiæ ſunt in Diœceſi.

Qua ſe Rura in Moſam Fluvium exonerat, Ruremonda Civitas Geldriæ, ad Oſtium ejuſdem fluminis, uti nomen patrium indicat, in veteribus Menapiorum Sedibus ſita eſt, Olimque Inſula Dei nuncupabatur; Urbs amæna, ampla, dives, potens, civibuſque referta, quæ ab Ottone IV. Geldriæ Comite muris cincta fuit. Epiſcopalis facta à Paulo IV. P.M. in Cujus Diæceſi decem Oppida complectuntur, & Abbatia S.Gerlaci; & Montis S.Petri, Præmonſtratenſium.

Epiſcopatus Silviducenſis inſtitutus eſt per Paulum IV. P.M. anno 1559. uti alii Epiſcopatus Belgii.

## §. 2. *De Archi-Epiſcopatu Cameracenſi, & 4. Suffraganeis.*

Cameracenſi Archi-Epiſcopo ad Scaldim, qui utitur & titulo Ducis Cameracenſis, S. R. I. Principis, & Comitis Cameraceſii, agit *Maſſæus* lib.2. Chronolog. & *Choppinus* l.2. Pol. Sacr. t.1. Metropolitana, Deiparæ Virgini Sacra eſt; in Diœceſi, Eccleſiæ Parochiales ſunt numero 598. ſuccursûs ſeu Eccleſiæ ſecundariæ 96. plures Capellæ, & Abbatiæ virorum, & Monialium, quas inter, duæ ſunt Collegiatarum Sœcularium; ſcilicet S. Waltetrudis Montibus, & S. Aldegundis, Malbodii. Abbatiæ Diæceſis ſunt 34. inter quas

Be-

Benedictinorum ſunt 15. Canonici Regulares S. Auguſtini 9. Ciſtercienſes 8. Præmonſtratenſes 3.

De Atrebatenſium Antiſtitum rebus geſtis, videatur Georgius *Colvenerius* Duacenſis, referentem Atrebati miraculum Candelæ ardentis continuò, ſine Lichneo; adeſt hic opulentiſſimum Benedictinorum Cœnobium D. Vedaſti, cujus redditus annui ſunt 20000. ſita eſt prope Scarpam fluvium, propugnaculis latis, profundiſque foſſis communita, adeo ut Flandriæ occidentalis, ſcutum, vallum, & murum nominet *Mejerius* in Flandriæ Annalibus. In Diœceſi ſunt 25. Abbatiæ, ſex Benedictinorum, Canonicorum Regul. 5. reliquæ Ciſtercienſium, & Præmonſtratenſium ſunt. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſſe dicitur 24000. ſcudatorum; Cathedralis B. Virgini Sacrata Canonicos habet 40., Capellanos 52. in Diœceſi ſunt Decani rurales 12. Epiſcopus Politicus ſimul, & Eccleſiaſticus eſt Toparcha Civitatis.

Tornacum, ad Scaldim fluvium, Cathedralem habet B. Virgini dicatam, in qua ſerviunt 40. Canonici, longa eſt pedes 420., alta 113. & 34. Campanæ exſtant in 4. turribus; Diœceſim illuſtrant 11. Abbatiæ, Benedictinorum 3. Can. Regul. 5. reliquæ Ciſtercienſium.

Abbatia S. Audomari ad dignitatem Epiſcopalem evecta eſt, poſtquam ex Teruanæ Morinorum ruinis, ſœculis antecedentibus deletæ, 3. novæ diœceſes exortæ fuerint. In Diœceſi continentur Abbatiæ 7. Benedictinorum 3. Can. Reg. 1. Præmonſt. 1. Ciſterc. 2.

Namurcum, nobilis Comitatûs in Belgio Caput,

put, Sambræ fluvio impoſitum ad lævam Moſæ ripam, naturâ, & ante munitiſſima Urbs eſt, in loco edito ſita, & mœnibus tempore Maximiliani cincta. Hic Conſilii Provincialis Curia, & Epiſcopalis Sedes à Leodienſi avulſa anno 1559. quæ Archi-Epiſcopatui Cameracenſi ſubeſt. Eccleſia major S. Albano dicata eſt, olim cum Canonicis à Valone Epiſcopo Leodienſi, & Alberto Comite erecta anno 1047. in Diœceſi comprehenduntur Abbatiæ ſex: Benedictinorum 3. Ciſtercienſium duæ; Præmonſtratenſium, una.

## §. 3. *De Archi-Epiſcopatu Ultrajectino, & Suffrag.*

Sub Ultrajectino Archi-Epiſcopo ad Veterem Rheni alveum (*Utrecht*) exiſtunt Suffraganeatus 5. Daventrienſis apud Tranſiſalanos, Groningenſis, apud Friſios: Herlemenſis, in Hollandia: Leovardienſis, in Friſia: Middelburgenſis, in Zelandia. Vid. Joannes *Becanus*, Guilielmus Heda, Hadrians *Barlandus*, Petrus *Bockenbergius*. Ultrajectum 4. portis patet, arcem habet, egregio, & valido opere decoram, à Carolo V. Imperatore conſtructam; clara eſt 5. Collegiatis. In Metropolitana, Carolus V. Imperator celebravit Comitia aurei velleris anno 1546. Olìm hæc Eccleſia Colonienſis erat Diœceſis. Antiſtes hujus Eccleſiæ tam potens fuit, & potuerit in bellum educere 50000. m. hominum armatorum. In Diœceſi reperiuntur Abbatiæ 8. Benedictinorum 3. Præmonſtratenſium 3. Ciſtercienſium 2.

# CAPUT XVIII.

## De Archi -- & Epiſcopatibus Bohemiæ, & Hungariæ.

UNicus Archi-Epiſcopatus in Bohemia eſt, Pragenſis per Clementem VI. anno 1344. inſtitutus; habet duos Suffraganeos Litomericenſem, & Reginæ Græcienſem. Videatur *Joannes Dubravius*.

Octo Canonici Metropolitanæ omnes mitrati, & 20. Abbates variorum Ordinum in Diœcesi Seſſiones habent.

Hic Ferdinandus Comes à Küenburg, Goritienſis, trium Majorum ſuorum Archi-Præſulum Salisburgenſium, avitæ nobilitatis, ſanguinis, & omnigenarum virtutum hæres, a 1702. à Cœſare, Epiſcopus Labacenſis,& a. 1707. in Coadiutorem Pragenſem nominatus, a. 1708. ad Comitandam Regiam Sponſam Luſitaniæ, Sereniſſimam Duciſſam Mariam Annam deputatus, Labaco diſcendens Viennam 27. Aprilis. A. 1711. ſucceſſit in Archi-Epiſcopatu Pragenſi, poſt obitum Joannis Joſephi Breüner, Archi-Epiſcopi Pragen. De moderno Prag. Suffraganeo. V. f. 243.

Sex in Civitate ſunt Eccleſiæ Collegiatæ & in Diœceſi plurimæ Parochiæ & Abbatiæ, Collegium Patrum Societatis Jeſu, ſtudiorum Univerſitas; Collegiata ad omnes Sanctos, Sanctorum Petri & Pauli in *W*iſcherad, S. Petri Rudiſſinæ, Collegiata Bunzlavienſis, Collegiata S. Apollinaris. Menſæ Archi-Epiſcopalis cenſus ſunt ſcudata 50000.

In

In Hungaria duo ſunt Archi-Epiſcopatus, Strigonienſis, & Colocenſis: primus ſex, alter octo habet Suffraganeos.

Strigonienſem Archi-Epiſcopatum hodiè poſſidet Chriſtianus Auguſtus Cardinalis, è Ducibus Ziticenſibus Saxoniæ, vocaturque Regni Hungariæ Primas, & Legatus natus, ſicut Salisburgenſis & Colonienſis in Germania, habet jus Regem coronandi. Videatur *Bongarſius*.

Subſunt Strigonienſi Archi-Epiſcopo ſex Suffraganei: & ſunt Nitrienſis, Regis Cancellarius; Jaurinenſis; Agrienſis; Vaccienſis, Quinque Eccleſienſis; Veſprinienſis, qui Reginæ Cancellarius eſt, & eam coronare ſolet. Jaurinenſem Epiſcopatum obtinet Chriſtianus Auguſtus Cardinalis, è Ducibus Saxoniæ; Agrienſem poſſidet Comes de Leſslie; & Quinque Eccleſienſem Baro de Neſſelroodt, Præpoſitus Weiſſenburgenſis, Canonicus Monaſteriensis.

Sub Colocenſi Archi-Epiſcopo ſunt octo Suffraganei, Zagrabienſis, Tranſylvanienſis, Varadienſis, Sirmienſis, Canadienſis, Boſnenſis, Hermſtattenſis, Bacchenſis. Ager Hungaricus adeo fertilis eſt, ut quidem eum Univerſæ Europæ alendæ putent ſufficere. Alicubi injuſſa; pleriſque vero locis facili labore frumenta ſuccreſcunt. In quodam Campo, Comørræ vicino, lætiſſimæ Segetes, altitudine herbeſcunt humanâ. Ob iſtam frumentis, bovum, piſcium, & aliarum rerum, abundantiam, exiguo ſumptu aluntur exercitus.

CA-

# CAPUT XIX.

## De Archi-Epiſcopatibus Poloniæ, Vallachiæ, Moſcoviæ ſeu Ruſſiæ.

VArmiæ, in Pruſſia Polonica, ubi Germanicè loquuntur Populi, exemptus Epiſcopatus eſt, eligit tamen Provinciam Gneſnenſem juxta Concilium Tridentinum; ejus menſæ annuus cenſus eſt 40000. ſcud. & cujuſvis Canonicatus Cathedralis 4000. ſcudatorum. Ibi eſt Decanus Bernardus Baro Schenk.

Gneſnenſis Archi-Epiſcopus in Polonia majore, decem habet Suffraganeatus: Craccovienſem, in Polonia minore, ubi Nuntius Apoſtolicus reſidet, & præſenti a. 1712. Benedictus Odeſchalcus de Familia Innocentii XI. P. M. Poſnanienſem, in Majore: Plocenſem, in Maſſovia: Mednicenſem, in Samogitia: Lebuſienſem, in Marchionatu Brandenburgico: Uladislavienſem, in Cujavia: Caminienſem, in Pomerania: Luceorienſem in Volhinia: Vilnenſem, in Lituania: Vindenſem, in Livonia, inſtitutum per Sixtum V. petente Stephano Battario, Poloniæ Rege. V. *Hartknock* de Republ. Polon. l. 1. Regum Poloniæ Sepultura eſt in Capella D. Annuntiatæ Craccoviæ. Epiſcopus, Craccovienſis 13. Civitatum dominus eſt, & Ducatus Severienſis Supremus Princeps; Capitulum Cathedrale 36. Canonicis conſtat, tantundem in redditibus, quantum & Epiſcopus habet; adſunt ibi 5. Collegiatæ.

Baſilica S. Stanislai, inter alias eminet, in

qua

qua perpetuo cantatur, & nunquam ſilentium fit, Sacerdotibus in certas claſſes propterea diſpoſitis, qui per totam noctem pſallunt, cumque 100. circiter quotidie Sacrificia in ea peragantur, octo Miſſæ ordinariè cantantur & ex eis duæ concentibus muſicis. Rex plerumque nominat Abbates pro Monaſteriis; Epiſcopi habent decimas omnium ſegetum, publico Principum, ac totius Provinciæ conſenſu attributas, & aliis quibuſdam penſionibus poſtea, vel, cumulatas, vel commutatas: Habent, & luculentos redditus, prædia, pagos, Oppida, Arces, & territoria, partim Regum, & Principum, partim privatorum munificentiâ, adjecta, Ad Canonicatus Cathedralium non admittuntur, plebeis orti parentibus in tota Polonia, niſi certus Doctorum numerus in fundatione ſit appoſitus; conferuntur Canonicatus, in alternativis menſibus, à Summo Pontifice.

Poſnaniæ, ultra Academiam, PP. Soc. Jeſu, floret Athenæum Lubranſcianum, certatim eo concurrente nobilitate, ob Mathematicas diſciplinas, & Juris Prælectiones.

Gneſnenſis Archi-Epiſcopus eſt Legatus Natus Sedis Apoſtolicæ, Primas Regni, & Princeps Senatûs: penes quem eſt poteſtas indicendi Comitia, Senatûs Conſulta definiendi, abſente Rege, & Regno vacante; habet Aulicos, Cubicularios, Ephæbos, alioſque Miniſtros, & Satellites, more Regio habet, & qui inter illos eminent, Cancellarium ſpecialem, atque Mareſchalcum: Quorum ille Judiciis ſpiritualibus, quæ ad Curiam Archi-Epiſcopi devolvuntur, cum Authoritate præeſt: hic, cum in publicum, Princeps prodit, bacu-

lum,

lum, ſeu Virgam illi præfert, prout Regibus ipſis, in Polonia præferri mos eſt; & Aulam ipſius totam ipſe moderatur: in Metropolitana Gneſnenſi, D. Adalberti, Archi-Epiſcopi olim loci illius, honorantur Reliquiæ.

Leopolienſis Archi-Epiſcopus, quatuor præeſt Suffraganeis, Præmislienſi, & Chelmenſi in Ruſſia nigra; Kiovienſi, in Volhinia; Camenecenſi, in Padolia. Omnes dicti Archi- & Epiſcopi, ſunt inter Regni Senatores adſcripti in Comitiis Lublinienſibus anno 1578.

Præter Latinos Poloniarum Epiſcopos, ſunt & Ruſſici, ſeu Ruthenici ritûs Epiſcopi, ſub ditione Regis Poloniæ, in Communionem Eccleſiæ Orthodoxæ à Clemente VIII. anno 1596. recepti; non tamen in Comitiis Polonicis locum habent, uti nec Armeniorum Epiſcopus. Prope Kioviam reperitur Monaſterium Baſilianorum, & aliud Monialium, qui vitam cum labore manuum ſuſtentant: ſubtus montem, vicinum Clauſtro, plurimæ reperiuntur cavernæ, plenæ cadaveribus ante 1500. annos ſepultis, nondum tamen reſolutis, Mumiæ inſtar Ægyptiacæ. Bleau, hic fol. 54.

Rigenſis Archi-Epiſcopatus, olim erat octavus in Imperio, ſed ab anno 1561. inter Poloniæ Archi-Epiſcopos numerari conſuevit. Videatur *Hartknock* Rep. Pol. lib. 1. c. 8. §. 2. Tempore Dominii Equitum Teutonicorum habebat ſeptem Suffraganeos; Revalienſem in Livonia, Curienſem ſeu Gerlandenſem ibidem, Oſilienſem, Derpatenſem, Culmenſem in Pruſſia Regali, Sambienſem, & Pomeſanienſem. Videatur *Caſpar Bruſchius, & Martinus Kromerus.* Nunc autem ob

ob Suecos, Polonos, & Moſcos, ſtatus mutationem paſſus eſt; etenim Riga poſtquam multis annis in poteſtate Polonorum, poſtmodum Suecorum, tandem in manus Magni Ducis Ruſſiæ pervenit, ac Civitas expugnata fuit anno 1710.

In Valacchia ſolus Epiſcopus eſt Bacchovienſis, inſtitutus per Clementem VIII. Pontificem Maximum, ut patet ex Chartis Cancellariæ Apoſtolicæ.

In Moſcovia, itemque Ruſſia alba, Epiſcopi ex cœtu Monachorum Ordinis S. Baſilii ferè deliguntur: ſolentque undecim numero Epiſcopi in univerſo Moſci Imperio numerari: quos ipſi *Uladicos*, id eſt diſpenſatores ſua lingua nuncupant. Horum Metropolita, in Urbe Moſcau, ſedem habebat, & à Patriarcha Conſtantinopolitano olim confirmabatur: Hodiè autem à Magno Duce eligitur, moxque per duos, aut tres Epiſcopos conſecratur. Unde colligitur eos eſſe Schiſmaticos.

Archi-Epiſcopi ſunt Roſtovienſis, & Novogardiæ Magnæ: Epiſcopi, Cortizæ, Reſaniæ, Columna, Caſani, Vologdæ, Tueriæ, Smoleſeski, Suſdaliæ, Videatur *Antonius Poſſevinus* in ſua Moſcovia, *& Baronius* tom. 7. Annalium,

In Ruſſia, lacus Ladoga habet centum milliaria Germanica in circuitu, & Onega totidem; ideo creduntur eſſe maximi lacus totius Europæ. Aër frigidiſſimus eſt, maximè verſus Septentrionem, ubi notantur nives quatuor annorum. Et Hollandi relationem fecerunt, eorum navem illis in marib⁹ conglaciatam fuiſſe ad finem Auguſti a. 1596. uſque ad diem 29. Junii anni 1597. Urſi etiam reperiuntur ibi maximi. Coronell. p. 74.

# CAPUT XX.

## De Archi-& Epiſcopatibus Brittanniæ. Scotiæ, & Hyberniæ.

